MEDITATIONES DE ORIGINE, INDOLE, EFFECTIBUS ATQUE...

Philipp Eberhard Zech

Digitized by Google

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO EBORENSE
32
9 B
16

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MEDITATIONES
DE
ORIGINE, INDOLE, EFFECTIBUS atque HISTORIA
JURIS REFORMANDI
REGUM atque PRINCIPUM

NEC NON

STATUUM IMPERII ROMANO-GERMANICI

Circa

RELIGIONEM
EX JURE NATURALI, LEGIBUS ATQUE ACTIS IMPERII PUBLICIS, HISTORIAQUE GERMANICA

DUABUS PARTIBUS ATQUE DISTINCTIS CAPITIBUS EVOLUTÆ.

FRANCOFURTI & LIPSIÆ

Apud MEZLER & ERHARD

MDCCXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Quamvis ab hoc ſcriptionis genere, ſuſpenſi omnium animi in futuros controverſiarum religionis eventus me deterrere potuiſſent, ne publicam ſententiam antevertiſſe, Statuumque Imperii ſummorum jura labefactare viderer; vix tamen ſat rationis propoſitum inhibere viſum fuerat, cum publica paſſim ſcripta, quæ Juris Reformandi objecta triverunt, Germaniam pervolitent, omniumque oculis rationum momenta ſiſtere allaboraverint, cumque multa adhuc re-

ſtent penitius evolvenda, detegenda, quæ ubi tenebris relinquuntur, mira rerum confuſione graviſſimas controverſias obruunt. Id tamen perſuaſum omnibus velim, quibuscunque hasce paginas perlegere ingratum haud fuerit, me adeo nihil detractum cupere ſummis Imperantium juribus, ut potius nonniſi prævia ratione, absque ulla præconcepta opinione, integra aſſeruerim majeſtatis jura; utq; jura Statuum Imperii ex documentis publicis, legibusque fundamentalibus, non niſi ex mente Auguſtiſſimi Imperatoris Summorumque Imperii Statuum, ſana ratione atque hiſtoriarum monumentis opitulantibus, adſtruxerim, nequicquam ſolicitus de diverſis Doctorum opinionibus, male non raro cohærentibus,

bus,

Digitized by Google

bus, imo non niſi Majorum placitis informatis. Nec indignabitur B. L. quod à primis principiis atque originibus Civitatum atque Imperii jura circa ſacra derivaverim, quod multa, uti plurimis videbitur, peregrina quaſi admiſcuerim, imo quod plura nimis ſolicite, atque altius, quam neceſſarium arbitrabuntur, rimatus fuerim; quibus enim talia minus arrident, hos rogatos velim, ut prætermiſſo primo P. I. capite, ſtatim ad ſecundum ſe conferant; interim cum aliis rigidior mens ſedeat, qui ſeriem demonſtrationis poſtulant, quibus volupe eſt ab ovo rem cernere repetitam, ne quid incerti, dubii, imo falſi admittatur, maxime ubi principia novitate gravida videntur; horum in gratiam ita adornandam exiſtimavi

Digitized by Google

mavi primam partem ne ſaltus in demonſtratione me commiſiſſe crederent. Atque fatendum mihi eſt, me hoc ipſo modo vel invitum in plurimas incidiſſe conclusiones, anterioribus meis principiis atque perſuaſionibus plane contrarias; tantum abeſt, ut vel autoritatibus vel novaturiendi ſtudio me ſeduci paſſus fuerim. Neque minus ſolicitus fueram in Parte II. quam priori ſuperſtruxeram; cum enim vel maxime Legum publicarum ſenſus haud raro obſcurus evolvendus eſſet, me felicius haud progreſſurum videram, quam ſi hiſtoriam conſulerem, eamque maxime, quæ acta atque facta Pacis Weſtphalicæ ſanciendæ nobis pandit, utpote unde de Summorum Paciſcentium intentione, legumque vi atque po-

teſta-

Digitized by Google

teſtate, lux atque fundamenta nobis ſuppeditantur, feliciſſime ad omnium usque convictionem leges interpretandi. Atque ita omnino id præſtitum hac in opella eſſe arbitror, quod vix ab ullo præſtitum animadvertere licuit; quo effectu, Prudentioribus dijudicandum relinquo. Conſtitutum quidem mihi fuerat, peculiari Parte fata Juris Reformandi perſequi à multis retro ſeculis, maxime tamen à tempore reformationis; ſed multæ rationes mutare conſilium urgebant, cum & lectorem adjutum iri præviderem, ſiquidem hiſtoria juris ubique ipſis controverſiis conjungeretur, atque ita applicatio ejus legibus facta tædioſis ipſum meditationibus ſolveret. Allegationibus multis uſus non fui, cum prudentio-

ribus nihil momenti adferant; imo mihi temperavi ab eorum allegationibus, à quibus filum demonſtrationis me diſſentire coëgit, quibus ſane omnem exhibeo, exhibereque paratus ſum reverentiam, quosque ſapientiores certo novi, quam ut ægre ferant, alios ab ipſis diſſentire, modo modeſte id fiat, id quod omnes jure poſtulant. Cæterum non illi promtius me monebunt errantem, quam ego monentes ſequar; ſi quid vero pietati, ſi quid bonis moribus, ſi quid ſacris literis, ſi quid rationi, ſi quid juribus cujuscunque, ſi quid Majeſtati Regum, atque ſummæ Statuum Imperii ſuperioritati publicis legibus conſtitutæ, imo ſi quid ipſis Imperii legibus diſſentaneum á me dictum eſt, id nec dictum eſto.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIA
PARTIS PRIMÆ
MEDITATIONUM
DE
ORIGINE, INDOLE ATQUE EFFECTIBUS
JURIS REFORMANDI,
QUOD SUMMIS IMPERANTIBUS COMPETIT,
EX

Solis Juris Naturæ Principiis, nec non Religionis atque Imperii natura determinati.

CAPUT. I.

De Originibus JURIS REFORMANDI eique connexis.

§. I. *Cautela circa tractationem obſervanda.*

§. II. *Connexa Juris reformandi.*

§. III. *Quid ſit Jus reformandi?*

§. IV. *Juris origo atque natura poſitiva.*

§. V. *Diverſi Juris ſignificatus.*

§. VI. *Societatis inter homines neceſſitas.*

§. VII. *Diverſarum Societatum geneſis atque effectus.*

§. VIII. §. IX. *Imperii inter homines neceſſitas.*
§. X. *Modorum imperium exercendi varietas.*
§. XI. *Abſolutum Imperium num, & unde limites capiat?*
§. XII. §. XIII. §. XIV. *Effectus Imperii.*
§. XV. *Morbi atque vitia Civitatum unde oriantur? & quomodo ſanari poſſint?*
§. XVI. *Num reformandi hæc vitia jus tertii lædi poſſit?*
Num reformari poſſit, ubi graviora mala inde imminent Reipublicæ?
§. XVII. *Qualia mala Reipublicæ immineant ex abuſu poteſtatis Imperantium? Et quanam Imperio poſſint ſubjici, quæ non?*
§. XVIII. *Quouſque vita hominum Imperio poſſit ſubjici?*
§. XIX. *Jus vitæ & Necis unde natales ſuos trahat? & quomodo exerceri debeat?*
§. XX. *Quando exerceri nequeat?*

CAPUT II.

De Religionis cum Imperio atque Societate nexu, juribus circa ſacra, atque inde conſtituenda indole Juris Reformandi.

§. XXI. *Quibus actionibus leges civiles poſſint conſtitui: num & religioni?*
§ XXII. *An Religio omne Imperium reſpuat?*
§. XXIII. *Num cives ratione religionis ſuæ ſint inde-*

independentes, ſuumque ſequi poſſint arbitrium? Num nefas ſit religionem examinare ſuam?

§. XXIV. *Num religio ſocietatis ſit patiens? Objectio removetur.*

§. XXV. *Qualem ordinem tales ſocietates admittant?*

§. XXVI. *Num eadem religionis Chriſtianæ ſit natura?*

§. XXVII. *Eccleſiæ inviſibilis indoles.*

§. XXVIII. *Num plane abhorreat ſocietatem externam?*

§. XXIX. *Num Imperio illi opus ſit, & quem in finem?*

§. XXX. *Num Eccleſiæ ordo externus Imperio ſit ſubjectus?*

§. XXXI. *Quanam ſub hoc ordine externo comprehendantur? Num menſuram hæc capiant ex conſcientia ſubditorum?*

§. XXXII. *Num Miniſtrorum atque Doctorum Eccleſiæ conſtitutio Eccleſiæ ſit propria?*

§. XXXIII. *Cur Imperans excludi penitus nequeat?*

§. XXXIV. *Qualis modus eligendi in primitiva Eccleſia, numque unus idemque modus conſtituendi Miniſtros Eccleſia obtinere debeat ex præſcripto S. Scripturæ?*

§. XXXV. *Num ritus atque cærimoniæ, diſciplina Eccleſiaſtica, dies feſti, ordines atque dignitates &c. in Eccleſia ab Imperii Civilis præſcripto dependeant?*

§. XXXVI. *Jura talia ordinandi non majeſtatica, ſed collegialia eſſe oſtenditur per modum Imperii proprie non exercenda.*

§. XXXVII. *Jura hæc collegialia in Principem translata irrevocabilia non ſunt ex ſua natura.*

§. XXXVIII. *Hinc Conſiſtoriorum probatur neceſ-*

neceſſitas, quæ non niſi membra ejus Eccleſiæ admittunt, cujus jura adminiſtrant.

§. XXXIX. *Doctoribus imo & Eccleſiæ per ſe nihil Imperii competit.*

CAPUT III.

De Objectis atque effectibus Juris Reformandi.

§. XL. *Quantopere circa regimen Eccleſiaſticum inter Proteſtantes fuerit variatum?*

§. XLI. *Difficultates, quibus Jus Reformandi involvitur.*

§. XLII. *Quænam Imperans reformare poſſit in theſi?*

§. XLIII. *Quales ejus rei difficultates in hypotheſi ſive applicatione occurrant?*

§. XLIV. *An illi tolerari poſſint, qui perſecutionis œſtro ob religionem agitantur?*

§. XLV. *Maxime ſi vi conſcientiæ ad hæreticos perſequendos ſe obligari credunt, num puniri poſſint?*

§. XLVI. *Num barbaras conſuetudines religioni admixtas reformare poſſit Imperans per vim Imperii?*

§. XLVII. *Num diſſentientes à dominante religione tolerari debeant in Republica?*

§. XLVIII. *Quanta commoda ex religionum tolerantia ad rempublicam redundent?*

§. XLIX. *An Princeps jure reformandi duas diſtinctas religioni ſocietates jubere poſſit in*

unam

unam coaleſcere? Num peregrina Sacra in Rempublicam accerſere poſſit?

§. L. *Num Doctores Imperium affectantes; num nimiam feſtorum multiplicationem reformare poſſit?*

§. LI. *Quid Juris ſit Principi circa bona Eccleſiaſtica reformanda?*

§. LII. *Quid Juris circa ordines, honores, titulos atque dignitates, quibus Eccleſia membra atque Clerici inſignita ſunt?*

§. LIII. *Quid Juris circa religionis controverſias decidendas atque formulas fidei condendas, reformandas.*

§. LIV. *Quid juris circa liturgias atque ordinationes Eccleſiaſticas conſtituendas, immutandas?*

§. LV. *Epilogus.*

PARTIS

Digitized by Google

Digitized by Google

PARTIS PRIMÆ

CAPUT I.

De originibus Juris reformandi, eique connexis.

§. 1.

NIhil moralium doctrinarum Doctoribus frequentius eſt, quam ut leges atque præcepta accumulent moribus rite formandis, utque oſtendant, qua in re communiter a Virtutum via deflectant homines; rara vero eorum eſt opera in fontibus atque originibus morum pravitatis detegendis; in ſubſidiis atque mediis illam promoventibus eruendis; in effectibus ad rempublicam inde redundantibus, repræſentandis; in impedimentis illam ſiſtentibus, ſuggerendis; in cautelis, ordine, legibus illam ſupprimentibus, conſulendis, perſuadendis; quod tamen primam abſolvit operam, ſi quis ſuæ, ſi quis patriæ commodis promovendis rite præparari cupiat. Nec minus animadvertere licet, plurimos anxie ſolicitos eſſe in doctrinis politicis circa civitatum conſti- *Cautela circa tractationem obſervanda.*

 tutio-

Digitized by Google

tutionem, quarum tamen conſtituendarum haud facile cuiquam locus fit, quibus vix curæ eſt indagare, qua ratione præſentes rerum publicarum facies a nativa indole, ſimplicique reipublicæ ordine abeant; quibus ex cauſis hunc ſtatum induerint; quid mali, quid boni inde ſaluti communi immineat; num? & qualem morbi regnantes admittant, medelam? quæ nam impedimenta mala foveant, atque emendationi reſiſtant? quæ cautelæ, quis modus, quænam ſubſidia reformandi poteſtatem facilem, difficilemque reddant, ut intelligatur, primam reipublicæ conſtituendæ indolem, eamque optimam in reformationibus vix exprimi poſſe, quamvis omnis emendatio ſuam inde menſuram capere debeat.

§. 2.

Connexa Juris reformandi. Hinc cum juris, quod in Principibus eſt, Reformandi, maxime in cauſis religionem ſpectantibus, origines, indolem, poteſtatem, effectus atque fata mihi examinare, unaque demonſtrationis ſerie tradere conſtitutum ſit, facile B. L. me excuſatum habiturum, confido, ſi ab ovo rem repetam, omniaque connexa prius excutiam, quam effectus ejus explanare incipiam; Cum enim maximam Juris circa ſacra partem efficiat, cum normam atque menſuram ex majeſtatis atque religionis natura accipiat, intelligi vix poterit, niſi hæc omnia exacte evolvantur. Hinc opus erit demonſtrare, quænam civitatis, quæ imperii, quæ religionis ſit neceſſitas hominum ſaluti inſerviens, quæ natura, quæ indoles, qui effectus. Antequam vero id fiat, breviter monendus erit lector, quid mihi jus, quid reformandi poteſtas ſignificet.

§. 3.

Digitized by Google

§. 3.

Si quis reformare cupiat neceſſe eſt, ut adſint abuſus, vitia, errores, morbi, quæ in melius mutari, priſtinoque ſuo ſtatui atque formæ reſtitui poſſunt; Quæ enim veram ſuam indolem exprimunt, quæ bona ſunt, illa ſane reformatione haud indigent. Si quis ergo jus habuerit reformandi, illum neceſſe eſt habere facultatem, vitia atque abuſus circa religionem graſſantia abolendi, immutandi, temperandi, prout præſens hominum, reipublicæ atque religionis patitur conditio, neceſſitas atque indoles. *Quia ſit Ius reformandi?*

§. 4.

Qui jus per facultatem aliquid habendi atque ab altero exigendi definiunt, facile quidem ſeſe expediunt; ſed ſi quis fundamentum ejus facultatis exquirat, ſi quis characterem ſcire deſideret, unde intelligi poſſit, quando adſit talis facultas ſive poteſtas, tantum non omnibus aqua hæret, cum omnibus cum Grotio naturam juris negative potius, quam poſitive explicare ſolenne ſit; cum vero plurimum interſit ejus genuinam habere ideam, operæ erit pretium, paululum penitius indagare, quænam origo, quæ natura ſit juris, quo quis agere atque ab alio aliquid exigere poſſe dicitur. Si quis vero juris, pro facultate agendi accepti, naturam intelligere deſideret, illum neceſſe eſt intelligere legum indolem; Si quis ambitum juris ſcire aveat, opus etiam erit, ut ambitum legum, unde jus illud regulam accipit, ſciat. Hinc velim ſequentibus attendas. Illis *Juris origo atque natura poſitiva.*

rebus atque actionibus Imperans præſcribit leges, quæ ipſius imperio poſſunt eſſe ſubjectæ, & quas cognoſcere atque judicare poteſt. DEUS omnes res omnesque actiones ſive internas ſive externas cognoſcere atque judicare poteſt, ergo omnibus etiam leges ferre poteſt; imo cum ſapientiſſimus ſit, nihilque indeterminati in mundo, quem creavit, potuerit relinquere, omnibus leges tulit, rebus phyſicis, phyſicas atque neceſſarias, rebus moralibus vero morales, in ſe quidem neceſſarias, ſed nemini phyſicam neceſſitatem inferentes; Hiſce legibus, quas naturæ leges appellamus, non poteſt non DEUS, qui optimus eſt, tantum intendere boni, quantum fieri poteſt; hinc ab unoquoque hominum tantum velle præſtari boni, quantum poſſibile eſt; ita ut hominis ſit actiones his legibus convenientes ſectari, diſconvenientes vero evitare, ſiquidem approbari potius, quam reprobari à DEO velit. Cum leges hæ omnes in complexu ſuo jus naturæ conſtituant, ille demum juſtus ex hominibus audiet, qui promtitudinem habebit ea faciendi, quæ juri huic naturæ conveniunt, idemque honeſtus atque virtuoſus; (*a*) Neque ſane dici poterit, aliquem jus habere ad

(*a*) Hinc ratio patet, cur olim jam dictum fuerit: Juſtitia in ſeſe virtutes continet omnes. Cave tamen putes, me juſtitiam particularem negare, cujus fundamentum dilucide expoſui §. ſq. quæ ſuam originem civitatibus debet; cum enim finis civitatum ſit, ut unusquisque ſecure vivere, ſuisque bonis quiete frui poſſit, opus fuit legibus, ſive ordine hominum actionibus componendis, dirigendis, ad hos fines conſequendos. Cum vero nonniſi exteriores actiones hiſce legibus normam capiant, quas unus ab altero etiam

ad id faciendum vel exigendum, quod legibus naturæ exigere prohibetur, quod ſalvo ſuo officio ſibi aliisque debito, exercere nequit; cum hoc jure repugnet jus habere ad actionem, quæ absque peccato committi nequit.

vi exigere poteſt, utpote ad ſalutem omnium atque ſingulorum neceſſarias, juſtus in ſpecie appellatus fuit, qui actiones ſuas ad hunc ordinem compoſuit, ita ut juſtus vocetur judex, qui leges civiles in omnibus exſequitur, nulla perſonarum ratione habita. Juſtus appelletur ille, qui neminem lædit; honeſti vocabulo reliquis relicto officiis, ad quæ nemo ab alio vi cogi poteſt; quamvis ad oculum pateat, neminem proprie loquendo juſti nomen mereri, niſi in omnibus juris naturæ præcepta ſequatur, quæ honeſtum æque valide inculcant hominibus, quam quidem juſtum, hoc ſaltem diſcrimine, quod ad illud nemo cogi poſſit; hinc male jus alicui tribui aliquid faciendi, quod ſalvo ſuo officio, ſalva honeſtate facere non poteſt, ita plurima jura Principibus tribui quotidie conſpicimus, quæ tamen ſalvo ſuo officio, ſalvo honeſto non poſſunt exercere; nihil autem rationi magis contrariatur, quam ad id jus indulgere, h. e. facultatem agendi; quam tamen DEO repugnare, quam legibus contrariam eſſe aſſerit, & ubi agere unusquisque prohibetur.

§. 5.

Ut vero jam determinatius ſciatur, quid jure quis ab altero exigere poſſit, id ex dictis ultro ſequitur, quod quis jus habeat ad omnia ea 1.) ad quæ quis jure naturæ obligatus eſt, & 2.) do quæ juri naturæ haud repugnant; cum hac tamen differentia, quod ea, ad quæ quis obligatus eſt, etiam vi ab aliis exigere poſſit, ſiquidem impediant alii quo minus officio ſuo ſatisfaciat. *Diverſi Juris ſignificatus.*

faciat. Quoties enim officio me meaque conſervandi, meamque felicitatem promovendi, ſalvis tamen officiis aliis debitis, aliter ſatisfacere nequeo, niſi me impedientem cogendo, vel ſi aliter id obtineri nequit, lædendo, e medio tollendo, toties ad id faciendum jus habeo, cum alterius vitium nec legis naturæ obligationem, nec inde ſequens jus meum auferre poſſit. Hinc ſi alter me aggreſſus fuerit, ut aliter vitam conſervare nequeam, niſi eum occidendo, illud facere non prohibeor, cum obligatio me conſervandi jus det ad media huic conſervationi obtinendæ neceſſaria. Quoties vero alter me non impedit, quo minus ego officio meo ſatisfacere poſſim, nec obſtet, quo minus bona ſive animi, ſive corporis, ſive fortunæ, jure quæſita conſervare poſſim, licet de cætero ſuo ipſe officio haud ſatisfaciat tunc ſane nulla mihi ratio eſt alterum ad aliquid mihi præſtandum cogendi, licet ad id præſtandum alter lege naturali obligetur; quamvis enim integrum mihi ſit, talia ab eo exigere, quod ſi tamen ſponte id facere recuſaverit, facultas quidem eſt id exigendi, ſed absque effectu; (*b*) ſi quidem enim & hæc officia unicuique impoſita vi extorquere liceret; nullum ſane medium ſupereſſet eluctandi ex infinitis turbis bellisque omnium adverſus omnes, cum infinita ſit hominum varie-

(*b*) Hinc fundamentum juris, quod alias vocant perfecti, atque imperfecti; illud enim vi exſequi licet, hoc non, quamvis obligatio utrique reſpondens vera ſit ratione divinæ voluntatis, quæ utramque ſerio hominibus imponit, tamen ratione effectus differunt, cum hæc ultima neglecta invito ab aliis extorqueri nequeat ob rationes adductas.

Digitized by Google

varietas circa officia unicuique impoſita, quibus neglectis alii tamen non læduntur; cum tamen interſit generis humani talia præſtari, nec homines affectibus ſuis indulgentes ea ſponte obſervent, opus erat medio, quo talia officia determinarentur, quoque aliis conſequenter jus ſuppeditaretur, cum effectu ea petendi, exſequendi, quod pactis, quod ſocietatibus effectum fuiſſe conſtat.

§. 6.

Societatum inter homines neceſſitas.

Cum itaque homines ad tantum boni efficiendum teneantur, quantum poſſibile eſt §. 4. tenebuntur etiam ad pacta, ad ſocietates ineundas, imo & obſervandas, quia longe major perfectio inde ipſos accedit, ubi ſocietatibus initis, conjunctis viribus communi ſaluti inuigilatur, quam ubi unusquisque ſibi ſaltim relictus propriis ſtudet commodis. Sed cum hæc communis humani generis ſalus in infinitos diffundatur rivulos, quibus omnibus curandis nullus hominum par eſt, patet tot poſſe eſſe ſocietates particulares, quot dantur objecta particularia, quibus hæc ſalus, felicitas atque perfectio hominum abſolvitur; patet inſimul, non niſi ea pacta, easque ſocietates lege naturæ approbari, quæ ſuam communi omnium ſaluti connectunt, quantum vires, quantum occaſio ipſis permittunt.

§. 7.

Diverſarum ſocietatum geneſis atque effectus.

Unius ætatis eſt præſens mundus, hinc alios generari neceſſe eſt; ſola generatio necquicquam utilitatis hominibus præſtaret, niſi cura ha-

beretur naſcituræ prolis, niſi ea educaretur; ſucceſſu caritura eſſet ſobolis educatio, niſi parentes facultatem haberent liberis imperandi; illinc oritur conjugalis, hinc paternæ ſocietatis indoles atque neceſſitas. Rationis culturam, virtutis florem, ſapientiæ incrementa humani generis poſcit utilitas atque perfectio, quæ, niſi conjunctis viribus illis homines dent operam, fruſtra ſperantur, hinc natales, hinc neceſſitas ſocietatum literariarum, atque religioſarum. Alimenta corporisque conſervationi neceſſaria, fluxa atque fragilis corporis compages requirit, ergo opus eſt, ut artificiorum, opificiorum, commerciorum cultura obtineat; tum demum vero ea florere incipiet, ſi conjunctis viribus illi incumbent homines. Quod ſi ſupponamus, haſce ſocietates ad hominum felicitatem tantopere neceſſarias, ſeorſim agere, atque unamquamque earum rationes habere ſeparatas, neque ita humano generi erit proſpectum; opus ergo erit, ut & ipſæ inter ſe conjungantur ſocietatis vinculo, ut omnes & ſinguli conjunctis viribus mutuam quærant ſalutem, communique ſuæ tranquillitati atque ſecuritati proſpiciant.

§. 8.

Imperii inter homines neceſſitas.

Quod ſi vero affectus atque vitia hominum conſiderentur, quibus in diverſa trahuntur, ſuisque commodis tantum inhiant, verenturque nedum aliorum ſaluti ſtudeant, ſuam negligant; ſi torpor perpendatur, quo ab obeundis ſponte officiis ſuis retrahuntur; ſi invidia, ſi avaritia, ſi ambitio, quibus hominum animi exagitantur, excutitur, vix eſt, ut ullum effectum unquam

quam talis ſocietas habitura eſſet; niſi tanta ſtudiorum, affectuum, atque voluntatum varietas ad unum revocaretur, vitiisque bono publico contranitentibus obex poneretur, quod aliter fieri nequit, niſi imperium civile conſtituendo, in quo omnium voluntates atque vires uniuntur, ut omnibus, ſive intra ſive extra rempublicam exiſtentibus, quibus ſalutem turbare publicam volupe eſt, reſiſti poſſit, utque unusquisque civium ad officium exſequendum cogi poſſit.

§. 9.

Qualis imperii origo hic evolvatur.

Non eſt mihi animus originem tradere civitatum hiſtoricam, quam ſcio aliam fuiſſe; ſed philoſophicam, in naturæ ordine fundatam, ut appareat, quænam civitatis ſit neceſſitas, quis finis, quæ natura atque indoles, quis effectus &c. ut pateat, nulla re magis hominum promoveri ſalutem, divinamque ejus eſſe originem, & qualis vis atque efficacia ſit ejus imperii,

§. 10.

Modorum Imperium exercendi varietas.

Siquidem ergo finis civitatis obtineri debeat, opus eſt Imperio, ſive tali poteſtate, quæ omnia ordinare atque exſequi poterit, quæ ad ſalutem publicam ſunt neceſſaria. §. 8. Si uni hæc poteſtas fuerit commiſſa, habebis Monarchiam, ſi quibusdam Ariſtocratiam, ſi omnibus Democratiam; ſi partim uni, partim Proceribus, imperium habebimus mixtum ſive irregulare. Si quis regimen gerere poſſit ex ſuo arbitrio, quemadmodum ipſi viſum fuerit facere, ad Reipublicæ ſalutem, abſolutam habere, dicitur poteſtatem;

Digitized by Google

ſi vero certas regulas, leges atque pacta obſervare teneatur, reſtrictam.

§. 11.

Abſolutum imperium unde limites capiat.

Quisquis jam ſummam exercendam habuerit poteſtatem, ſciendum tamen eſt, limites illam accipere ex communi reipublicæ ſalute; ut quicquid ſaluti publicæ repugnet, illud faciendi neutiquam jus habeat imperans §. 4. Vel abſolutiſſimus ergo quisque Princeps, licet pro ſuo arbitrio regere Rempublicam poſſit, jure tamen nihil imperabit, niſi quod juri naturæ erit conveniens; quod officium ejus ab ipſo requirit; id enim quod Principis officio contrariatur, quomodo jure is exſequi poſſit, concipi nequit; cum fieri nequeat, ut quis vel lege naturali, vel pacto jus habeat acceptum, quo legem naturæ violare, ſuumque negligere officium poſſit; neceſſe ergo eſt, ut illud arbitrium, quo regere Rempublicam dicitur, menſuram atque normam capiat ex communi Reipublicæ ſalute.

§. 12.

Effectus imperii.

Si unusquisque hominum ſponte id faceret, quod ipſius officium requirit, ut pro viribus ſuam aliorumque ſalutem promoveret, haud opus foret imperio; ſed cum hoc in hoc mundo ſperare non liceat, videndum jam eſt, quales effectus, qualesque obligationes producat imperium, quæ ſecutura haud forent, niſi illud foret inter homines conſtitutum.

Num in ſtatu naturæ ſeſe exſerant?

§. 13.

Naturaliter antecedenter ad omne factum humanum, unusquisque rationis uſu gaudens libertate

tate fruitur, ut nonniſi legem divinam actionum ſuarum normam agnoſcere debeat; ſuoque arbitrio legi divinæ conformato ſuam aliorumque ſalutem quærere poſſit; Et quamvis ſapientiorum conſilia, quibus melius eſt perſpectum, quam ipſi, qua ratione ſuæ aliorumque ſaluti conſulere poſſit, auſcultare atque ſequi teneatur, ad id tamen cogi nequit, niſi alterum impediat, quo minus jure ſuo frui, officioque ſuo fungi poſſit. §. 4. & 5. idque exerceat, ad quod ſe obligatum credit. Cum vero ſupra civitatem ad ſalutem generis humani neceſſariam eſſe, indeque imperium ex divino ordine hominibus injunctum demonſtratum ſit, neceſſe eſt, ut licitum etiam ſit, ſe alterius ſubdere imperio, alterique facultatem concedere actiones meas dirigendi, & ubi ſponte officium facere recuſaverim, me cogendi, non ſaltim ad ea, ad quæ etiam in ſtatu naturæ cogi poſſum, ſed & ad alia, quæ jure ſaltem imperfecto alias alii a me exigere poſſent, idque vi pacti inter ſubditos atque imperantem initi. §. 6.

§. 14.

Natales ergo debet imperium in genere divino ordini, quo proſpectum DEUS voluit humanis neceſſitatibus, in particulari autem pacto, cum natura nemo in alterum habeat imperium, vi cujus imperans ordinare in republica poterit, quicquid ad ſalutem communem fuerit neceſſarium. Leges vero cum fruſtraneæ forent, niſi & reluctantes ad eas obſervandas quovis modo adſtringerentur, & ſiquidem eas jam violaverint, malo quodam in poſterum eas violare dedocerentur, hinc *Legum vis.*

Digitized by Google

hinc & puniendi jus habebit Imperans omnia ea, quæ reipublicæ ſaluti, bonoque ordini legibus ſtabilita adverſantur; hoc enim niſi foret, nec ordinis divini, unde imperium, nec pacti nec legum foret ulla efficacia, nec ergo finis obtineri poſſet, ad quem tamen conſequendum reſpublica fuit conſtituta.

§. 15.

Morbi atq; vitia civitatum unde oriantur?

Cum vero homines ſint, qui membra hujus ſocietatis conſtituunt, qui affectibus ducuntur, mirum haud eſt contingere quotidie, ut ſæpius optime conſtitutæ Reſpublicæ, ſive vitio imperantium, ſive vitio ſubditorum, ſive temporum injuria, ſive violentia externa in deterius ruant, moribus atque inſtitutis corrumpantur; ut imperii, ut legum vis impediatur, dividatur; quin vero tota reſpublica hoc in caſu, ſive is, in quo omnium civium voluntates ſunt conjunctæ, medelam his morbis, hisque defectibus, publicam ſalutem impedientibus, adhibere poſſit, imo debeat, modo nullius jus exinde lædatur, idque ſine graviori incommodo fieri queat, dubitari nequit; cum nihil magis voluntati divinæ conveniat, quam ſi unusquisque tantum boni operetur, quantum poteſt.

§. 16.

Quomodo ſanari poſſint?

Dixi morbos atque vitia reipublicæ emendari poſſe, imo deberi, ſed alterum, quod addidi, vel maxime attendendum, ne hæc reformatio ſuſcipiatur contra jus tertio competens, & ne gravius inde malum enaſcatur. Poteſt quidem non raro

Digitized by Google

raro in ſtatu aliquo reformando, jus alterius lædi, ſed neceſſe eſt, ut is ſubſit imperio, neceſſe inſimul eſt, ut id fiat modo legitimo, legibus aut pactis Imperii fundamentalibus haud adverſo: Nam hoc modo de injuria ſibi illata conqueri civis nequit, cum nemo jure id ſibi arrogare poſſit, invita civitate, quod communi omnium ſaluti repugnat, cum hoc in caſu jus ejus apparens ſaltim ſit, utpote quod ob ſalutem publicam hoc in caſu quieſcere deberet; alias enim nulla unquam reformatio ſtatus locum habitura eſſet. Aliud tamen dicendum omnino erit, ſi jus tertii inde lædatur, qui imperio non ſubeſt, quique civis Reipublicæ non eſt, qui jura gerit â noſtro Imperio independentia, v. gr. ſi alter Imperans in noſtro Imperio jura poſſideat, licet Imperio gravia, licet ſaluti publicæ adverſa, tamen vi imperii ipſi ea adimi nequeunt, niſi iisdem abutatur, niſi talia ea ſint, quorum exercitium noſtro officio noſtrisque juribus adhuc e diametro repugnent. Nam cum talia jura non niſi pacto acquirantur, pacto etiam convenienter erunt exercenda, quod ſi non fiat, pactum violatur, & uno id non ſervante, nec alter ad id obſervandum tenebitur, Ponamus enim unum imperium alteri eſſe tributarium, adque certam pecuniæ ſummam quotannis ſolvendam teneri, quamvis ſaluti publicæ hoc grave ſit, nihilominus denegari id nequit, ſi jure fuerit acquiſitum; longe enim graviora mala inde generi humano imminerent, ſi pacta ſervanda non eſſent, ſi unicuique integrum eſſet a pactis ipſum gravantibus impune recedere. Sed ponamus etiam alterum

Num Jus tertii inde lædatur?

ſuo

ſuo jure abuti, majusque exigere tributum, quam promiſſum fuit, imo modo illum id exigere, pactis adverſo; tempore neceſſitatis, ubi reſpublica ipſi præſtando plane impar eſt, male ſane Reipublicæ ferendum non erit, ſi his in caſibus, jugum excutere, alterique jus ſuum adimere ſtudeat, cum prior alter jure ſuo indignum ſe exhibuerit, jusque alteri fecerit, ipſum ſuo jure privandi. Ponamus talia jura ab extero imo etiam ab Imperante, â cive, ab indigena in Rempublicam exerceri, quæ nemo civium ſalvo ſuo officio, in ſe exerceri pati poteſt, ad ea ſane quovis modo impedienda, adimenda, Reſpublica non ſolum jus habebit, ſed & obligata erit, imo obligatus erit quivis ſubditorum, cum talia jura pacto in alterum transferre non potuerit, neque ex lege naturali aliis talia jura indulgeantur; cum quivis ad officia ſua obeunda DEI lege teneatur, hominum juribus haudquaquam ſufflaminanda. Ponamus etiam hunc caſum, promiſiſſe Chriſtianos quotannis certum hominum numerum Turcis exhibendum, quos poſtea ad fidem Muhammedanam amplectendam cogant, deberi certum feminarum numerum, quas lupanaribus publicis deſtinare intendunt; Quin hæc denegari Turcis queant a Chriſtianis nullus dubito, licet pactis ſancita fuerint, ſiquidem absque graviori malo commode id fieri poſſit; cum nulla hæc pacta ſint, atque officio civium, officioque Parentum e diametro contrarietur, liberos ſuos alteri exhibere, ad eos fines, quos ipſi abhorrent, quosque ſummis connatibus evitandos eſſe propria ipſis inſpirat religio. Nec minus ſæpiſſime obſtant refor-

Num jus tertii iniquum reformari queat?

reformationi vitiorum Reipublicæ graviora exinde metuenda mala: quid ſi enim ideo inde concutiatur Reſpublica, ut vix iterum reſtitui poſſit, quid ſi diſſolvatur, ut ruina inde metuenda; quid ſi aliis ita prædæ ceſſura prævideatur? Cum tantum ſaltim unicuique boni præſtandum ſit, quantum ipſi poſſibile eſt, ceſſabit hic obligatio in melius mutandi Rempublicam, ubi hoc ſperare non licet, vel ubi bona intenta mille malis obruuntur, præponderantur.

Etiamſi graviora mala inde Reipublicæ immineant?

§. 17.

Cum vero non minima mala Reſpublicas premant, quæ vel maxime abuſui poteſtatis, quam Imperantes habent, ſuam debent originem, ſiquidem ad ea objecta illam extendere annituntur, quæ poteſtati Imperii, vel plane ſunt exemta, vel non penitus ſubjacent, vel ſi modo imperium exercendi peccent, vim imperii vel intendendo, vel laxando, in id jam inquirere animus eſt, quænam naturaliter atque neceſſario imperio civili ſint exemta, ea enim, quæ pactis eximuntur ſunt plurima, variantque pro Rerumpublicarum varietate: Cum ſupra fuerit evictum, homines naturaliter imperio civili non eſſe ſubjectos, licet DEUS imperium velit, ſed pacto ſive expreſſo ſive tacito Imperio ſe ſubjeciſſe, pactoque ſummam poteſtatem ſive majeſtatem in hoc vel illo ſubjecto eſſe effectam, (quamvis non negem illam in genere divinæ eſſe originis) id evidenti ratione tuto inferri poſſe arbitror; *quod id Imperio directo non ſubſit, de quo homines paciſci, & de quo ipſi pro lubitu diſponere nequeunt, & qua in re*

Qualia mala immineant Reipublicæ ex abuſu poteſtatis ſupremæ?

Quænam Imperio poſſint ſubjici?

ex

ex alterius arbitrio dependere ipſa DEI lege prohibentur; hujus enim poteſtatem nec in Imperantem transferre poterunt ſubditi, quam nec ipſi habent. Quænam vero talia ſint, altioris omnino eſt indaginis, inquiſitione tamen tanto digniora, quanto magis communiter fere ea negligi, fœcundamque ſegetem abuſuum progenerare animadvertuntur; cum e contrario ex principiis rite poſitis fundamenta plurimis præjudiciis atque erroribus pragmaticis detegendis exhibeantur.

§. 18.

Num vita hominis imperio ſubjici poſſit?

Cum homines tantum agere boni teneantur, quantum fieri poteſt, tantum etiam ſe ſuamque vitam conſervare tenebuntur, quantum in ipſorum viribus eſt, ut nec illam pro lubitu perdere, nec membra ſua deſtruere poſſint; nullam ergo habebunt poteſtatem vitam nec membra ſua abrumpendi, deſtruendi, nec ergo illam poteſtatem in alium transferre, neque de illa paciſci poterunt, cum illud, de quo paciſcendum mihi eſt, meæ poteſtati debeat eſſe ſubjectum, quod de vita, quod de corpore meo dici nequit, quantum ad deſtructionem, quantum ad mortem attinet. Unde ergo jus gladii, jus vitæ & necis, quod Imperanti in ſubditos competit? Num ergo vita, num membra ſubditorum imperio civili erunt exemta, cum de illis paciſci nequeant ſubditi? Ita enim ex regula videtur dicendum, cum omnem, quam habet, poteſtatem ex conſenſu ſubditorum, ex pacto acceperit Imperans, qualiscunque futurus. Cum vero ſinguli jus vitæ & necis non habeant, illud transferre in Impera-

peratorem non poſſunt. Sed ſalva tamen res, imo ſalvum manet jus gladii, quod Principes gerunt, ex alio tamen fundamento deducendum; nam illud quidem non placet, quod plurimi aſſerunt; habere ſubditos hoc jus virtualiter, licet realiter illud non habeant, cum quod quis, virtualiter habet, illius efficiendi ut habeat poteſtatem, illius ut etiam capax ſit neceſſe ſit; ſinguli vero non ſolum incapaces ſunt juris vitæ & necis in ſe, ſed nec in alio illius efficiendi habent poteſtatem, niſi per indirectum, quod, qua ratione contingat, plenius evolvendum erit.

§. 19.

Jus vitæ & necis unde ſuos habeat natales?

Cum in ſtatu naturali ſingulis lex naturæ curam ſui commendet, ſinguli ad ſui conſervationem obligabuntur; ſinguli jus habebunt omnia impedimenta removendi quæ conſervationi ſuæ obſtant; mala propellendi, evitandi, tollendi, quæ deſtructionem nobis adferre poterunt; §. §. 4. 6. habebunt ergo etiam jus ſe defendendi; & ſiquidem aliter hic finis, vitæ conſervatio obtineri nequit, etiam cum more alterius, nos noſtraque ſollicitantis; Quodſi damna nobis illata, ſi bona nobis ablata fuerint, ad quæ conſervanda tenemur, poteſtas nobis erit non minor ea recuperandi, repetendi, quam eſt ea conſervandi, noſtræque in poſterum ſecuritati proſpiciendi. Hæc vero poteſtas ſingulis in ſtatu civili integra haud permanet, ſed in illum tranſlata eſt, in quem tranſlata eſt cura defendendi Rempublicam, eamque ab omnibus malis tuendi, ſolo neceſſitatis caſu ſubditis relicto, in quo, ubi aliter ſuæ ſaluti

Digitized by Google

conſulere nequeunt, tantum poteſtatis circa ſui defenſionem adhuc exercere poſſunt, quantum ad ſui conſervationem eſt neceſſarium. Et hæc quidem origo (*c*) atque geneſis eſt juris vitæ & necis

(*c*) Novam hanc eſſe rationem jus vitæ & necis demonſtrandi facile patet, in quam jam olim incideram, cum explicare non poſſem, qua ratione dici poſſit, conſenſu ſubditorum hoc jus effectum eſſe in Imperantibus, cum illud ſi non formaliter, tamen virtualiter habeant, de quo dictum eſt §. 18. Lætatus poſtmodum ſum, cum forte in librum Anglicano idiomate ſcriptum inciderem, cujus tit. The rights of the Chriſtian. Church. Londini edit. 1706. qui tantos motus in Anglia excitavit, ut carnificis manu igni traderetur, utpote juribus Epiſcoporum infeſtiſſimus, ubi eadem deprehenderam cogitata; poſtea etiam vidi excerpta hujus libri apud Joh. Clericum in Bibliotheca ſelecta exacte auctoris mentem referentia T. IX. art. VII. cujus hæc ſunt verba Gallica: Les hommes n' aiant aucun pouvoir ſur leurs propres vies, & ſur leurs membres, que la nature ne permet pas, qu' ils negligent, l' auctorité du gouvernement, ne vient pas de ce, que les peuple l' a fait maitre abſolû de ſa vie, & de ſes membres, mais du droit naturel, que chacun a de ſe conſerver ſoimeme, & de preferer ſon bien a celui d' un autre. Dieu en mettant dans l' homme ce ſeul Principe inné & inſeparable de ſa nature, qui eſt de chercher ſon bonheur, & de travailler à ſubſiſter auſſi convenablement, que ſa nature le permet; lui a donne le droit, ou plûtot l' a chargé du devoir de faire tout ce qui eſt propre pour parvenir â cete fin. Cela renſerme non ſeulement le droit de rechercher la reparation d' une iniure reçüe, mais encor celui de punir la perſonné, qui l' a faite, dans la vüe de prevenir de ſemblable choſes à l' avenir. La ſureté mutuelle des hommes, auſſi bien, que les liens de l' humanité, obligeant les hommes de s' aſſiſter les uns les autres; ils ont eu droit de prendre des voies propres

necis, quod Imperantibus competit, exercendum non ſaltim in ſubditos, ſed & in exteros. Siquidem pacem turbent, hoſtiliaque adverſus Rempublicam machinentur, id quod in ſpecie per jus belli ſeſe exſerit; Sed nec in ſubditos illud exerceri poſſe, niſi adſit neceſſitas defendendi Rempublicam; niſi ab iis pax turbetur; Vita atque bona civium ſollicitentur, lædantur; exinde evidens eſt, quia idem hoc eſt Jus, quod ſinguli habuere in ſtatu naturali. Ut ergo plenius atque diſtinctius determinari poſſit, quousque jus gladii Imperantis in ſubditos ſeſe extendat, evolvendum ſane ante omnia eſſet, quousque defenſio ſui violenta, quousque etiam vindicatio ſui rerumque ſuarum in ſtatu naturæ pateat; cum enim jus puniendi Principis exinde ortum ſuum trahat, illa etiam puniri poterunt, quæ defendi poſſe videntur, quæ vindicari poſſunt in ſtatu Nat. inde etiam menſura pœnarum omnibus criminum ſpeciebus debitarum determinari poteſt; cur enim divina lex homicidis capitalem ſancitam voluerit pœnam, ratio ſane tam obſcura non eſt, in ſtatu enim naturali hominibus jus eſſet vindicandi proximi ſanguinem, doloſe occiſi, ipſa occiſoris morte; cum enim pœnæ ibi non obtineant, quæ malis ab hominum malitia hominibus imminentibus reprimendis adhiberi poſſunt, probi ſane quique impune ab improbis occiderentur, at-

Quomodo in ſubditos exercendum?

Num homicida in ſtatu naturæ occidi poſſint?

B 2 que

à reüſſir en cela; telle, qu' eſt celle des' accorder a être gouvernés conformement a certaines loix connues & fixes, d' etablir une certaine autorité ſouveraine, pour finir leurs, differens, ſelon les loix, & de l' aſſiſter de toutes leurs forces en tout ce, qui regarde la defence & la ſureté commune. p. 319.

que innumera incommoda ad generis humani ſocietatem redundatura eſſent, ſiquidem homicidæ doloſus furor vindicandi licentia, cæteris lege naturali permiſſa, non opprimi, atque ita generis humani ſecuritati conſuli poſſet. Inde etiam ratio patet, cur DEUS in Vet. Teſt. propinquo occiſi vindictam mortis ejus permiſerit; cur aſyla condi voluerit, quo homicidæ non doloſi fugere, tutique eſſe poſſent à Vindicis perſecutione; cur Cain tantopere ſibi metuerit, ne ab unoquoque ocideretur ob occiſum fratrem; cur ſigno gratiæ divinæ ipſi opus fuerit, & cur terra expiari non poſſe aſſeratur in caſu homicidii, niſi effuſo viciſſim ſanguine homicidæ. Num. XXXV. 30. ſqq. Licentia enim occidendi ejusmodi homicidam extra omne dubium inde colligitur, cum alias permitti nunquam potuiſſet; an autem etiam neceſſitas inde imponatur Magiſtratui, pœnam capitalem infligendi homicidæ doloſo, non omnium una eſt ſententia. Fateor me loco Gen. IX, 5. 6. multum tribuere; magnumque pondus præcepti mihi habere videri verba: *Qui ſanguinem effuderit, illius ſanguis viciſſim per hominem effundetur*: Dic enim, tunc Politiam nondum obtinuiſſe, per conſequens hanc non eſſe legem politicam Magiſtratibus latam, & feres hoc reſponſum: ſufficere, DEUM voluiſſe hoc mali ſecuturum eſſe homicidam, ut viciſſim ſanguis ipſius effunderetur; voluit enim tunc id mali irrogari ab aliis hominibus, vel a proximo quoque, hodie poſtquam civitates ſunt conſtitutæ, non niſi publica magiſtratus auctoritate irrogandum, eadem enim jura imperans jam exercet hiſce in caſibus

Num à Magiſtratibus neceſſario occidendi?

ſibus, quæ ſinguli in ſtatu naturæ, & in ſtatu familiarum ſegregum Patresfamilias exercere poterant; Dic, ſaltim indicari dicto in loco futurum eventum, quo ſingulari DEI providentia futurum ſit, ut homicidæ ejusmodi raro morte naturali moriantur. Quicquid enim mali ita homicidæ contingit, id DEO, ſupremo rerum Domino ita diſponente, contingit; contingit etiam ob antecedens delictum homicidii, nec dubitaverim, contingere etiam eo fine, ut homines inde a committendis homicidiis deterreantur; quæ ſi conjungantur, efficient requiſita eſſentialia omnium pœnarum, ut vix negari poſſit, DEUM voluiſſe hanc eſſe pœnam homicidarum, ut viciſſim occidantur in ſtatu naturæ â proximo quoque, in ſtatu civili vero non niſi ab Imperante inferendam; Neque ergo opus hic erit lege poſitiva univerſali, cum naturalis hæc ſit lex, prava conſuetudine olim obliterata, atque ita olim a DEO repetita, uti rectiſſime Grotium exiſtimare arbitror. Aut enim voluit DEUS homicidas doloſos occidi ab hominibus, aut non? Si prius, ergo hæc eſt ipſius voluntas, hæc lex, ut occidantur; ſi non, ergo aut voluit impune probos ab improbis vexari, occidi, nullumque extare remedium, quo ſuæ ſecuritati conſulere queant homines; aut aliud dedit remedium, quo finem ſuum conſequi, ſeque tutos ab ejusmodi hominibus præſtare poſſint. Vix autem melius finique Reipublicæ conſequendo aptius deprehendes, quam hoc, ut mors morte compenſetur; ut jus talionis exerceatur, ut is e medio tollatur, qui voluntatem atque poteſtatem aliis nocendi, imo mortem inferendi habet.

B 3 §. 20.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

§. 20.

Quibus in caſibus jus vitæ & necis exerceri nequeat?

Neque vero ita in immenſum excreſcit jus Imperantium circa vitam civium ſuorum; ſed potius juſtis ſuis cancellis evidenti ratione concluditur. Quantum enim ad pœnam attinet, vix ita morte affici poſſe eum probaveris, qui criminibus atque delictis ſe quidem conſpurcavit, ſed non iis, quibus alii læduntur, imo ita læduntur, ut vim opponere, ſe ſuaque morte etiam alterius tueri queant; ſiquidem enim rationi auſcultemus, omnis pœna civilis tendit vel ad emendationem delinquentis, vel ad ſecuritatem reipublicæ, quæ in eo quæritur, vel ut delinquentes e medio tollantur, vel ut alii malo alterius peccare dedoceantur, ſiquidem emendatio delinquentis intendatur, ad pœnam mortis procedi ſane nequit, utpote qua omnis emendatio tollitur; quod ſi vero ad pœnam capitis deveniatur, neceſſe eſt, ut neceſſitas adſit, quæ mortis pœnam efflagitet, ut ſine ea, ſecuritas atque ſalus publica obtineri nequeat, ut ſinguli nec ſe, nec ſua alias conſervare poſſint; ut alii impediantur, quo minus officio ſuo fungi, legibusque naturæ ſatisfacere poſſint. Niſi enim hoc ſit, nemo hominum jus habebit alteri vitam adimendi; manet enim lex univerſalis omnibus poſita, neminem occides, quæ alias non patitur exceptiones, niſi iis in caſibus, in quibus lex, ſi obſervaretur, tenderet ad generis humani perniciem atque turbationem. §. 5. Ponamus hominem affectibus ſuis indulgere, omnia officia ſibi debita negligere, luxurioſum, prodigum, avarum, impium, poterit talis

lis, malis intentatis, ad frugem reduci, ſiquidem civilibus legibus id repugnet, atque reipublicæ interſit, ne talia impune fiant. Sed mors tamen ideo nemini infligi poteſt, niſi aliæ circumſtantiæ accedant; ut aliis inde læſis neceſſitas præbeatur ſe ſuaque defendendi, ſecuritatique ſuæ proſpiciendi; dummodo enim alter patiatur, me frui jure meo, dummodo non impediat, quo minus legibus naturæ ego vivere poſſim, officioque meo fungi, cum illo nihilominus vivere poſſum, nullaque mihi eſt ratio, talem hominem occidendi, imo nec ullo modo puniendi, niſi legibus civilibus actionibus externis adverſetur. §. 5.

CAP. II.

De Religionis cum Imperio atque Societate nexu Juribus circa Sacra atque inde orta indole Juris reformandi.

§. 21.

Quibus actionibus leges civiles poſſint conſtitui?

QVibus vero actionibus leges civiles præſcribi poſſint, haud melius judicari poteſt, quam ſi conſideretur, quibus actionibus cognoſcendis atque dijudicandis par ſit Legislator; & quænam ipſius imperio potuerint ſubjici? Certum vero eſt, Imperantes civiles non niſi externis rebus atque actionibus cognoſcendis atque dijudicandis pares eſſe, cum cordis cogitata, cum interna penetrare ipſis non liceat; an omnia externa vero ipſorum imperio ſubjecta ſint, vel

Digitized by Google

ſubjici poſſint? penitiorem diſcuſſionem meretur. Cum ad ea homines cogi poſſint, quæ pacto promiſere, & quibus non præſtitis alios impediunt, quo minus jure ſuo uti officioque fungi poſſint, h. e. quibus alii læduntur § 4. & 5. ea imperio ſubjici nequeunt, quæ nec pacto promitti poſſunt, nec ex eorum claſſe ſunt, quibus alii læduntur, vel impediuntur, quo minus officio ſuo fungi, aut jure ſuo uti poſſint; nam cum imperia ideo ſint conſtituta, ut unitis voluntatibus atque viribus homines ſponte officium ſuum facere recuſantes, ad illud faciendum cogi poſſint, §. 8. illa imperio non ſubjacent, in quibus voluntates non fuere unitæ, & quæ, ut præſtentur, aliorum non intereſt. Jam cum veritas, cum religio ex horum claſſe ſint, arbitrium ejus Imperanti relinqui nequit. Unusquisque enim hominum obligatus eſt, ut illud credat verum eſſe, quod ſuis perſpicit oculis; ut modum DEUM colendi adhibeat, quem ipſe DEO gratiſſimum agnoſcit; ut evitet, quicquid falſum, quicquid DEO adverſum eſt; ut modo, quem ipſe putat optimum, gratiam divinam ſibi reddat propitiam; ſiquidem enim veritas, ſiquidem religio ex Imperantis dependeret præſcripto, ille jus haberet, religionem mihi imperandi, quæ meo judicio, DEO ejusque legibus eſſet adverſa; haberet poteſtatem me cogendi ad ea, quæ officio meo e diametro ſunt contraria; atque ita religio pro Imperantis diverſa opinione mutaretur, nulla mihi conſtans atque perpetua eſſet, ſed varia atque mutabilis, ad aliorum hominum arbitrium efficta; atque ita absque dubio inven-

Num omnibus externis?

Num religioni?

tis

Digitized by Google

tis politicis accenſenda. (*d*) Quæ omnia, quam abſurda ſint, facile omnium oculos incurrunt. Certum ſane eſt, in ſtatu naturali neminem habere poteſtatem ab altero vi exigendi, ut ſuam amplectatur religionem, quam alter veram credit; ſiquidem enim alter de alia convictus foret, ipſe ab alio ita impediretur, quo minus ſua religione ſuoque officio fungi poſſet, atque ita læderetur, jusque haberet ſe defendendi adverſus talem religionem ſuam obtrudere conantem; §. 5. Nec ſane per ſtatum civilem hæc res fuit immutata, cum jus religionem præſcribendi in Imperantem transferri non potuerit, ſed hæc libertas cuique ſalva remanſerit, talem de DEO rebusque divinis ſequi opinionem, eumque eligere cultum, quem unusquisque optimum judicat eſſe. Fac enim tale jus in Imperantem fuiſſe translatum: quam primum talem religionem talemque cultum tibi præſcripſerit, qui a tuis animi ſenſis alienus eſt, quem credis DEO ingratum fore, veritati divinæ contrarium, tuum erit officium ne mandato Principis aurem præbeas, quod ſi obſequium

 tibi

(*d*) Hobbeſio hæc familiaria fuiſſe principia notum eſt; hinc meretur apponi illa obſervatio, quam habet celeb. Joh. Clericus T. IX. de ſa Biblioth choiſie p. 79. On aſſure, que Th. Hobbes avoit ainſi, gagné la faveur de Charles II. Roi d' Angleterre, & avoit en meme tems detruit en ſon eſprit les principes de la religion. Addit etiam ex mente Cudvvorthi, cujus ſyſtema intellectuale recenſet: ſi les Souverains pouvoient detruire toute la conſcience & toute la religion dans les esprit des hommes (ce qui eſt abſolument impoſſible) dans la penſeé d' agis enſuite avec une entiere liberté; il faudroit, qu' ils s' enſeveliſſent euxmemes, ſous les ruines de la religion.

tibi exprimere auſus fuerit, aufugere teque poteris conſervare; §. 16. ut ſatis appareat, te talem poteſtatem in Principem transferre non potuiſſe, cum nihil magis religioni repugnet, quam illam ex alterius arbitrio informare, utpote quæ omnem ſuam efficaciam ex animi convictione, approbatione depromit, quæ ſi non adfuerit, nec voluntas commoveri, nec virtus accendi, nec affectuum impetus retardari, nec vitiorum vis inhiberi poterit.

§. 22.

An religio omne Imperium reſpuat?

Nec ſaltim de Imperio civili id dictum velim; idem enim de Eccleſiaſtico vel quocunque alio dicendum erit; cum in genere id verum ſit, unumquemque eam profiteri poſſe religionem, quam DEO gratam, quam veram eſſe perſvaſus eſt; nemo enim pro alio judicandi jus habet, quid verum, quid non ſit verum. Si quidem alias ſequi religionem debeam, id ſequitur, quod, quoties alter religionem mutaverit, ego absque rebellionis crimine idem facere recuſare non poſſim. Dic concilia, dic ſynodos habere talem poteſtatem religionis formulas condendi, præſcribendi, idem erit abſurdum, quod repugnante licet propria conſcientia poſſim, imo debeam, eorum ſectari opiniones, eorumque imitari religionem; quid ſi Principes, quid ſi Pontifices, quid ſi concilia hæreſes amplectantur, veterem deſerant religionem, ad errores delabantur, DEO inimicos, abominandos; Meum erit idem facere, eosdemque ſequi, quicquid ſit de animi mei convictione, niſi vim experiri, niſi

cogi

Digitized by Google

cogi malim; Ægre ergo nemo ferre poterit Principi Mahumedano, ethnico, barbaro, ſiquidem Chriſtianos perſequatur ſibi rebelles, ejus religionem ſequi nolentes. (*b*) Jure ergo punietur igne atque rota, quicunque Principis vel alterius ratione religionis, ſuperioris mandato idola adorare, talemque ſibi de DEO conceptum formare detrectaverit, qui ipſius divinitatem tollit, qui ſimulacrum omni juſtitiæ atque ſanctitatis vacuum tibi ſiſtit. Siquidem ſtandum eſſet alterius judicio in amplectenda religione; quid facien-

(*b*) Judicioſiſſimus eſt locus apud Werenſelſium Theologum Baſil. in ep. de jure in conſcientias ab homine non uſurpando ſyntagmati diſſ. Theolog. juncta: At, „ inquis, non errori conceſſit DEUS ius cogendi, ſed, „ ſoli veritati. Hoc vero conditionem veritatis nihil red- „ dit meliorem: error enim, qui veritatis titulum uſur- „ pat, ſemper quoque uſurpabit jus cogendi - - - at- „ que iſtud DEUS aliter impedire non poteſt, niſi erran- „ tibus in religione aut eximat errorem, quo deluduntur, aut adimat facultatem cogendi, quorum neutrum, „ eum facere, experientia omnium ſeculorum teſtatur. „ Deinde cum hoc excipitur, ſupponitur, jam in orbe, „ deciſum eſſe, quis inter diſſidentes in religione, „ recte ſentiat, quis erret? fateor hoc deciſum in „ mea ſententia: & recte, ut perſuaſus ſum, deciſum, „ ita ut ſine ulla hæſitatione in judicio conſcientiæ meæ, „ acquieſcam. Sed hoc nondum deciſum eſt in toto or- „ be. lis inter me & diſſentientes, qui conſcientiæ meæ, „ tribunal non agnoſcunt, non compoſita & penitus ſub- „ lata. Quæritur igitur, quomodo DEUS velit, ut, „ hujuſmodi lites in orbe componantur? ſi voluit, ut, „ omni vi remota, dijudicentur ſolis argumentis, vicit, „ veritas aut tandem vincet. Si juſſit, ut vis litem de- „ cidat, manifeſte DEUS ſententiam pronuntiavit in, „ favorem erroris, quod ſine impietate de eo cogitari, „ non poteſt. „

ciendum erit, ſi Princeps, ſi Concilia, rerum harum haud ſatis gnara fuerint; ſi rationibus ego haud convincar; ſi viam eam, quam ad ſalutem perveniendi ut idoneam præſcribunt, impiam, ſaluti adverſam. DEO reprobatam, damnationis periculo plenam reputaverim, num nihilominus meo periculo, alterius judicio fidam; num ideo rationem vimque judicandi mihi inſitam exiſtimem, ut in re tam ardua oculis alienis cernam; ut in officio mihi a DEO impoſito ex alterius dependeam arbitrio? Sane cum religio ad tranquillitatem animi ſingulis hominibus præſtandam comparata ſit, triſti tamen tot ætatum experientia conſtat, nulla re magis omni tempore eos turbatos fuiſſe, quam religione, non aliam ob cauſam, quam quod falſo ſibi perſvaſerint mortales, vi magis quam animorum convictione propagandam religionem eſſe.

§. 23.

Num unusquisque ratione religionis ſit independens, ſuumque ſequi poſſit arbitrium?

Id ergo potius evidenti ratione ex hactenus dictis fluit, *unumquemque hominum iis in rebus, in quibus ex aliorum arbitrio dependere nequit, ſuum ſequi teneri judicium; ut quilibet talem de DEO, rebusque divinis foveat opinionem, quam veritati, quam DEI menti credit conformem: ut modo DEO ſerviat, quem judicat eſſe optimum DEOque gratum.* (*f*) Cum enim DEUS, qui optimus eſt,

(*f*) Cave tamen exiſtimes, me exinde idem cum Petro Bælio inferre qu' un heretique de bonne foi, un infidele de bonne foi ne ſera point puni de Dieu á cauſe de ſes hereſies, & à cauſe de ſes idolatries dans le

eſt, non poſſit non velle ſicut in genere, ita in ſpecie

commentaire Philoſophique ſur ces paroles de la parabole: contrain les d' entrer. pag. 568. Aut que la Conſcience, erronnée (ſur le vrai & ſur le bon) doit procurer á l' erreur les memes prerogatives, droits, ſecours, & careſſes, que la conſcience orthodoxe trouve é la verité. p. 436. fateor duriſſima hæc eſſe Bælii verba, maxime ſi de prærogativis atque iuribus loquatur, quæ erronea conſcientia coram DEO habitura ſit. Et memini inter alias graviſſimas objectiones à Juriæo, Saurino atque Basnagio, hanc ejus ſententiæ à Basnagio, cum magno pondere objectam fuiſſe. Ainſi un Athee lui meme peut pretendre à la Couronne du Ciel. Si n' a pas eu la force de diſſiper les illuſions, & de digerer les difficultes de l' atheiſme, ce n' eſt pas ſa faute. Il alleguera l' embarras d' un ſophiſme ſubtil, la mediocrité de ſon esprit, ou leſſoins de ſes affaires temporelles, & toutes les excuſes, qu' on exaggere pour ſe defendre contre Dieu, lequel ſera obligé de recompenſer ſon impieté, en vertu de cete maxime de Bayle: *Ce qu' on faicen vertu d' une fauſſe perſuaſion, eſt auſſi bon, que ce, qu' on fait en vertu d' une veritable,* voiés le traité de la Conſcience de Jaq. Basnage imprimé à Amſterdam l' an 1696. Quantis ingenii viribus hæc materia utrinque fuerit excuſſa, eos latere nequit, quibus ſcripta utrinque reciprocata ſunt nota; duo tamen utrinque neglecta fuiſſe perſpicere mihi licuit, quæ ſi obſervata fuiſſent, multis difficultatibus ſatisfieri potuiſſe crediderim: obſervavit ea Anglus Williamus Wottonus in libro, cui tit. The rights of the Clergy in the Chriſtian Church; Malo hinc ea interpretis Gallici verbis Joh. Clerici proferre, quam meis, uti extant in bibl. choiſie T. XXI. p. 50. En general on ne peut pas nier, que chacun ne ſoit obligé de ſuivre ſes lumieres de ſa conſcience; c' eſt un maxime indubitable. Mais il y a deux choſes à remarquer la deſſus: La premiere eſt, qu' encor

cie ab unoquoque homine, tantum fieri boni, quantum poſſibile eſt; Vix ſane dicit poterit, illum DEI intentione ſatisfacere, qui negligit inquirere in modos, media viresque imo & virium applicationes, quibus DEO placeri poteſt, quibus DEI finibus obtemperari, quibus perfectionum divinarum imitatio exprimi poteſt; Quis diceret illum optima intendere, DEIque voluntatem explere,

qu' a l' egard des hommes, perſonne ne puiſſe etre contraint, avec juſtice, de faire en matiere de religion, ce qu' il juge mauvais; neantmoins â l' egard de Dieu, ceux, qui ſuivent des fauſſes lumieres ne laiſſent pas d' etre coupables; parcequ' ils n' ont pas fait leurs devoirs, pour s' inſtruire de la verité, ſoit par negligence, ſoit par paſſion, ou autrement. Leur faute eſt plus ou moins grande, ſelon qu' ils ont eu plus, ou moins de moyens de reconnotre leurs erreurs, & ſelon les ſuites plus ou moins facheuſes de ces opinions erronées. Il n' y a que Dieu, qui ſache bien l' etendue de leurs fautes; parce qu' il n' y a, que lui, qui ſache leurs penſées, & toutes les circonſtances, ou ils ſe ſont trouvés. Ainſi les paiens, les Juifs, & les Mahometans, qui auront eu quelque connoiſſance de l' Evangile ſeront plus, ou moins coupables, devant Dieu, d' avoir negligé & rejetté la Verité; ſelon leurs lumieres, & les moiens, qu' ils ont eu des' inſtruire. En ſecond lieu, quand il s' agit, de ce, qu' on doit faire, dans l' etat preſent, ou l' on eſt, il eſt viſible, qu' il faut ſuivre ſes lumieres preſentes. un paien, un Juif, & un Mahometan feroient tres mal de dire, qu' ils ſont Chretiens, quand ils ne ſont pas; ou de faire des actions religieuſes, qu' ils condamneroient dans le fonds de leur coeur. Ceux, qui les contraindroient d' en uſer ainſi, ſeroient, encor plus coupables. Quoique Dieu nous ait donne le nouveau Teſtament, pour la regle de notre foi; nous n' avons pas Droit de contraindre par la force les Paiens, les Juifs & les Mahometans de le recevoir.

Digitized by Google

plere, qui parum ſollicitus, num ſua religio, quam ab infantiæ annis hauſit, a Parentibus atque præceptoribus inculcatam accepit, DEI menti ſit conformis, nec ne; qui caſui hic omnia defert, nec ex alia ratione ſuam profitetur atque colit religionem, quam quia illi aſſvetus, inque illa educatus eſt; quia ſuus Rex, ſui Parentes, ſuique amici, ſua Patria illam pariter profitentur. Quod ſi enim nefas foret Climatis ſui, imo avitam religionem examinare, examinatam etiam reprobare, ſiquidem lydium lapidem haud ſuſtinuerit, ſuæque conſcientiæ dictamini indulgere, nihil eſt, quod permovere poſſit gentilem, Judæum, Mahumedanum, ut relictis ſuis erroribus, veritatem amplectatur, Chriſtianamque ſequatur religionem. Poſſet quidem forte contingere, ut ſingulari providentiæ favore, in vera fuiſſem natus religione atque educatus; ſed ſi quis de ea convictus haud fuerit, ſiquidem illius examen nunquam ſubierit; ſiquidem de ipſius certitudine non laboraverit ſibi comparanda, pari paſſu bona ejus mens, atque cœca religionis cultura cum illo ambulat, qui eâdem mentis diſpoſitione erroneæ atque falſæ eſt addictus. Non enim eſt, quod quis metuat, ne examinando vim ſuam religio perdat; ne in præcipitia agatur, ne periculis ſeductionis expoſitus tali ſe labyrintho involuat, ut quo ſe filo evolvere queat, neſciat. De veritate enim id ſuſpicari nefas eſt, id enim erroris, id præjudicii intereſt, ne facie detecta inſpiciatur, atque perſpiciatur, ne animi acumine perquiratur, cum facile evenire queat, ut falſitas ejus detegatur; ſed aliter cum veritate comparatum eſt, quæ exami-

Num nefas ſit religionem examinare ſuam?

Digitized by Google

aminando vires capit, noviſque animum de ſe inſtruit rationibus atque luminibus, mens vero quo de religionis certitudine magis eſt obfirmata, eo majori etiam niſu pietatem ſectatur, vimque ejus vita ſua exprimere ſtudet. Me quidem non latet, non omnium id pati rationes, ut tale ſubeant examen, cum quibusdam vitæ ratio, quibusdam ingenii hebetudo, aliis aliæ obſtent cauſæ; interim negari nequit, id eſſe cujusvis officii, ut pro *virium ſuarum modulo* caveat, ne erroribus litet, nec veritatis ſpecie ſuperſtitionis aut impietatis œſtro infectus, eam putet ſolum viam eſſe, qua DEO placere poſſit, quam Patres triverint, quamque ab ineunte ætate ſectatus fuerit.

Num omnium id patiatur conditio?

§. 24.

Quia ergo unusquisque hominum obligatus eſt, ut ea de DEO induat animi ſenſa, eumque DEO inſerviendi modum eligat atque ſequatur, quem ipſius voluntati agnoſcit convenientiſſimum; vel inde ſolum ſatis evidenter patet, nullum imperium hic locum habere: cum enim imperii indoles in unione voluntatum atque virium conſiſtat plurium hominum, illa ſane res imperium haud admittit, de qua voluntates ita uniri nequeunt, ut ſiquidem unus alterve illius voluntati aſſurgere nolit, in quo omnium voluntates ſunt unitæ, cogi ipſe poſſit, Neque tamen hoc impedit, quo minus religio ſocietatis tamen patiens ſit: ſive enim unam ſive diverſam plures homines coluerint religionem, nihil tamen obſtat, quo minus conjunctis viribus mutuam communem-

Num religio ſocietatis ſit patiens?

munemque ſuam ſalutem quærere atque promovere poſſint: poterunt ergo pacto reciproco ſe ad hoc etiam adſtringere: imo poterunt firmare hanc ſocietatem imperio, cum ſatis ſupra oſtenſum fuerit, effectu ſuo carituram fore talem ſocietatem, niſi efficaciam ipſi imperium addat: efficaciam autem id aliter ei addere nequit, niſi vel in diverſa tendentes hominum voluntates uniendo, vel refractantes, ubi ſponte officium facere recuſant, cogendo: ſive jam eccleſiaſticum, ſive civile dixeris hoc imperium, ſemper unum idemque erit, non niſi nomine diſtinctum. Qualecunque enim, & cujuscunque ſocietatis imperium tibi concipias, aliud tamen ne quidem Herculis clava extorſeris, quam illud, quod circa illa verſatur, ad quæ homines pacto ſe obſtringere, ad quæ præſtanda cogi poſſunt. Atqui, inquis, ita tamen non repugnat inire quosdam inter ſe ſocietatem ad eamque pacto ſeſe obſtringere, de una eademque religione colenda, promovenda, conſervanda, & ne effectu deſtituatur hæc ſocietas, poſſe imperantem conſtitui, qui unitati, puritati atque ſaluti religionis invigilet, qui omnia contraria prohibeat, caveatque, ne religio ejusque exercitium turbetur, ut ordo in Eccleſia

Objectio removetur.

C

(g) Si quis Scriptores de jure circa ſacra noſſe anhelat, illi poterit ſatisfieri, ſiquidem adeat celeb. Thomaſii hiſtoriam content. inter Imp. & ſacerdot. nec non celeb. Dn. Pfaffii Cancellarii Tubing. Introd. in Hiſtoriam Theolog. lit. P. II. p. 316. meretur etiam conferri P. Bælius in Dict. Hiſt. & Crit. tit. Vedelius, ubi controverſiam de jure magiſtratus circa ſacra in Belgio inter reformatos atque Arminianos reciprocatam recenſet.

cleſia ſive, ſi mavis, illa ſocietate conſervetur, ut virtutis ſtudium promoveatur, qui hæreſes, qui ſchiſmata avertat, ritus atque cærimonias, cultumque externum ordinet: qui Doctores publicos conſtituat, bonisque congerendis distribuendis ſtudeat, quibus ſumtibus hic requiſitis conſuli poſſet, &c. fateor non ſine veri ſpecie hæc dici: ſed ſi quis profundius illa meditetur, deprehendet; tale pactum alium non habiturum effectum, quam quidem omne abſolutum habet imperium civile: plus enim poteſtatis ne hic quidem Imperans habebit, niſi in ea, quæ pacto in eum transferri, & ad quæ ejus ſubditi cogi poterunt: fac enim ejusmodi ſubditum ab unitate fidei deſciſcere, aliamque ſequi religionem, quam veriorem credit, ad revertendum ſane cogi (*h*) ob

(*h*) Egregia ſunt verba Salviani Maſſilienſis L. V. de „Gubernatione DEI, quibus hæreticos ferendos do„cet; Itaque hæretici ſunt (de Arianis loquitur) ſed „non Scientes; denique apud nos ſunt hæretici, apud „ſe non ſunt; nam in tantum ſe catholicos eſſe judi„cant, ut nos ipſos titulo hæreticæ appellationis in„fament; quod ergo illi nobis ſunt, hoc nos illis. Nos „illis injuriam divinæ generationi facere certi ſumus, „quod minorem Patre filium dicunt. illi nos injurio„ſos Patri exiſtimant, quia æquales eſſe credimus. Ve„ritas apud nos eſt; ſed illi apud ſe eſſe præſumunt. „Honor DEI apud nos eſt, ſed illi hoc arbitrantur ho„norem DEI eſſe, quod arbitrantur. Inofficioſi ſunt, „ſed illis hoc eſt ſummum religionis officium. Impii „ſunt, ſed hoc putant veram pietatem. Errant ergo, „ſed bono animo errant, non odio, ſed affectu DEI, „honorare ſe Dominum atque amare credentes, quam„vis non habeant rectam fidem. . . Qualiter pro hoc „ipſo falſo errore in die judicii puniendi ſint, nullus po„teſt ſcire, niſi judex, interim illis, ut reor, DEUS

ob hæreſin, quam ſocii putant eſſe, puniri nequit; licet ſe id non facturum promiſerit: id tamen promittendi jus non habebit, niſi quam diu in eadem conſtitutus eſſet mente: cum enim major jam ei lux exoriatur, cum, errore agnito, alia â ſe DEI voluntatem depoſcere animadvertat, nullum erit prius pactum, utpote quo contra DEI voluntatem ſe obligare nunquam poteſt: fac me juramento obfirmaſſe, me nunquam eam religionem deſerturum eſſe, quam jam veram agnoſco, quid ſi vero poſtea eam falſam eſſe crediderim, nulla ſane juramenti vis erit, quæ me inhibere poſſit, quo minus conſcientiæ dictamini, DEIque voluntati attentus, veteri relicta religione, veritati cedere queam. Negari tamen nequit illum effectum habiturum talem ſocietatem, ut is, qui aliam jam amplectitur religionem, cœtum ſive ſocietatem hanc jam relinquere cogi poſſit, ſalva de cætero ſua religione.

patientiam commodat, quia videt eos, etſi non recte credere, affectu tamen piæ opinionis errare.

§. 25.

Qualem ordinem tales ſocietates admittant?

Negandum tamen non eſt, in hac ſocietate cætera locum habere, ut uni ex hac ſocietate, ſive pluribus cura ordinis conſervandi committatur, cui omnia ea ordinare integrum, quæ ſalva cujusvis ſcientia fieri poſſunt. Nihil enim repugnat, quo minus omnes in id conſentiant, ut ab uno vel pluribus ad virtutis, ad ſapientiæ incrementa excitentur, ab impietate revocentur, ſuper religione exhortationibus atque alloquiis ſe inſtrui patiantur, & quo id commode fieri poſſit, ut loca publica, quæ templa vocari moris eſt, conſtruantur, ubi cœtus convenire, religionisque ſuæ

 exer-

exercitio vacare poſſit, quis negaret, uni vel pluribus curam horum templorum committi poſſe, qui certum tempus, certas horas omnibus determinent cultui publico habendo, quique ritus, qui cærimonias nullius conſcientiæ contrarias ordinare, dies feſtos, quibus omiſſis temporalibus negotiis, ſolius animæ atque pietatis habeatur cura; conſtituere, publicosque religionis Doctores denominare queant, qui ſoli populo exhortando, inſtruendo, dirigendo, conſolando, corrigendo vacent; Quousque hæc omnia imperio civili connectantur, ab eoque dependeant, infra dicendi locus erit: ne enim ſic filum demonſtrationis abrumpatur, pergendum iam nobis eſt.

§. 26.

Num eadem religionis Chriſtianæ ſit natura?

Scilicet, quamvis hactenus dicta naturalia ſint cuicunque religioni ex ipſa ſola ſaniori ratione evidentiſſime demonſtrata, (*i*) non eſt tamen,

(*i*) Nolim tamen hanc demonſtrationem iis excipi fatis, quibus Judicioſiſſimus Tillotſonius Canterburienſis olim Archi Epiſcopus ordinarie eos excipi queritur, qui religionis fundamenta rationis principiis ſuffultum eant. Ita enim ejus verba habent, digna, quæ hic legantur: Je ne ſai, par quelle fatalité il arrive,„ mais il arrive pourtant, que quiconque entreprend,„ d' etablir la religion ſur des principes de raiſon, &„ de Juſtifier ſa creance par ces principes, eſt inconti-„ nent fletri du nom de Socinien. Nous en avons un„ triſte exemple dans la perſonne de Mr. Chillingvvorth,„ la gloire de nôtre Siecle, & de nôtre nation, qui ſans„ autres raiſons, que je ſache, que pour avoir entrepris„ avec un zele digne de louanges & avec ſucc[illegible], de„ rendre la religion raiſonnable, & de decouvir les fon„ demens fermes & ſolides, ſur les quels notre foi eſt,„

men, quod quis arbitretur, aliam horum omnium rationem eſſe vi religionis Chriſtianæ, quam Chriſtus tanquam autor atque reſtaurator ſalutis humanæ fundaverit, fundatamque Apoſtolis atque eorum ſucceſſoribus adminiſtrandam permiſerit. Sane ſi quis brevem atque adæquatam Chriſtianæ religionis ideam ſibi ſiſti poſtulaverit, vix melius illam exprimi poſſe crediderim, quam ſi illum verum eſſe Chriſtianum dixerimus, qui mente atque actionibus ſuis vivam Chriſti imaginem tota ſua vita exprimere ſtudet. Ea enim Chriſti fuit intentio, ut Patrem ſuum benigniſſimum morte ſua generi humano reconciliaret, hominesque â Securitatis, pravitatis atque ſervitutis jugo liberatos ſuorum jam officiorum admoneret, ut ex ſpirituali morte reſurgentes Eph. II, 1. Vera in Chriſtum fide atque fiducia, DEI gratiam ipſis illuſcentem amplexi, vivam DEI imaginem, novamque Chriſti creaturam induerent Col. III, 10. Eph. IV, 23. indeque participes fierent divinæ naturæ 2. Petr. I, v. 4. unusque cum ipſo ſpiritus 1. Cor. VI, 17. id quod fit, ſi divino lumini, divinoque gratiæ DEI ſpiritusque S. ductui nos to-

„etablie; a eté peint, pour recómpenſe de ſes nobles „travaux, de ces noires & odieuſes coleurs. Mais „ſi c' eſt etre Sociniens, que d' examiner les fondemens, „& d' aprofondir les raiſons, ſur les quelles la reli„gion chretienne eſt appuiée, & de tacher de montrer „d' une maniere ſatisfaiſante pourquoi on la croit. je „ne vois plus d' autre moien, ſi ce n' eſt, que tou„tes les perſonnes ſages, & qui cherchent la verité, „qui ſont du deſſus du fanatiſme, & de l' enthouſiaſme, „doivent ſe reſoudre â être Sociniéns ou bien Athées. „vid. ejus ſermons poſthum. Tom. 12. p. 267.

Digitized by Google

tos tradimus figendos, ducendos, ſanctificandos, continua ſpirituali lucta, quotidiana vitæ pœnitentia, perpetua mundi atque malarum ſuarum cupiditatum abnegatione, non interrupta vigilantia ſuper ſe ſuaque cogitata, verba, facta; ſeriis pietatis exercitiis; verbi divini fœderis baptiſmatis, beneficiorumque per Chriſtum partorum, divinæque providentiæ meditatione aſcetica, ſacræ cœnæ uſu, cultus publici frequentatione, precum cum ſanctis communione, crucis toleratione, patientia calamitatum, continuoque cum DEO commercio.

§. 27.

Eccleſiæ invisibilis indoles.

Quicunque hoc modo vivam Chriſti imaginem mente atque actionibus ſuis exprimere nituntur, illi civitatis DEI, corporis Chriſti myſtici, illi electæ DEI Eccleſiæ vera conſtituunt membra, diſperſi licet per totum terrarum Orbem, unam licet externam ſocietatem haud conſtituentes. Hæc enim ſola eſt Eccleſia illa inviſibilis, easque infallibilis, deficere & perire neſcia. Matth. XVI, 18. hujus directio ſoli Chriſto tanquam capiti propria, quæ ſolo DEI verbo in S. ſcriptura revelato, internisque fidelium ſuorum actionibus, inque animis eorum operationibus terminatur. Totum corpus Chriſto unice, fide, pietate, fiducia, veritate unitum, mutuoque amore ſociatum Joh. XIII, 35. Nullum humanæ poteſtatis imperium hic conſpicitur, nec coadunatis viribus ad propulſandos inimicorum impetus opus eſt, cum quilibet ſeorſim pugnet, armis ſpiritualibus, fide, amore, patientia, animi forti-

Digitized by Google

fortitudine; licet voluntatum adſit unio, violentis tamen remediis non cohibetur, ſed unitate ſpiritus, fidei, charitatis atque veritatis arctiſſime coaleſcit, cohæret, animatur atque invaleſcit. De hiſce enim membris ſe expertum dicit Petrus quod *ex omni gente absque ullo perſonarum reſpectu, illi DEO grati ſint, qui ipſum timeant, recteque faciant* Act. X, 34. ſq.

§. 28.

Num plane abhorreat ſocietatem externam?

Neque tamen putandum eſt, hanc ipſam veræ ejusque inviſibilis Eccleſiæ indolem â ſocietate externa plane abhorrere. Cum enim ſupra oſtenſum fuerit, nec homines absque ſocietatibus, nec ſocietates absque imperio conſiſtere poſſe, factum exinde eſt, ut vita Chriſti animati, fide, ſpiritu atque amore mutuo uniti, in unam coaluerint ſocietatem externam, ut quos ſpiritus Chriſti conjunxiſſet, animorum unitate, hi quoque externa unione ad eundem colendum coniungerentur, ut mutuo pietatis exercitio, conjunctis precibus DEUM orarent, ſe ipſos ad veram pietatem & ſinceram pœnitentiam excitarent, infirmos erigerent, ignaros docerent, impœnitentes ad ſalutem revocarent, verbo DEI atque ſacramentorum uſu inuicem ſe alerent, continuisque atque mutuis virtutum exercitiis ſubinde magis magisque creſcerent. Et quo eo melius ordo talis conſervari poſſit, poteſt ſane uni, poteſt pluribus generalis directio horum finium committi, ſed facile tamen apparet, quod qualis ratio eſt Chriſtianiſmi, imo religionis in genere, talis etiam, nec alius poſſit eſſe finis ejusmodi ſocietatum, earumque

directionis, qui ſane ſpiritualis, non vero politicus eſt; qui ad animarum ædificationem, religionis atque virtutis florem, atque ad æternam ſalutem conſequendam tendit. Tot igitur Eccleſiæ particulares (*k*) eæque viſibiles poſſunt conſtitui, quot ſocietates, quot cœtus, ut cuique ſua ſit ſacrorum ratio particularis, ab aliis ſæpius diverſa, cum quivis cœtus ab altero independens ordinem externum conſtituere poſſit, qui ſibi, ſuisque rationibus domeſticis videtur optimus: licet quoad fundamenta religionis ordinemque ſalutis omnes convenire debeant; ut mirum hinc non ſit, quamvis Eccleſiam particularem propriam habere fidei formulam, ſuos ritus particulares, ſuamque diſciplinam, quæ ad leges conventionales, quæque ad arbitrium ſocietatis ſunt accommodatæ. Atque ita ſane monito Pauli ſatisfit, quando ordine atque decenter omnia fieri præcipit 1. Cor. XIV, 40. ita tamen, ut omnia ad emendationem dirigantur v, 26. hoc enim intuitu Eccleſia corpus multis membris præditum vocatur

(*k*) Lepide id expreſſit Joh. Seldenus in Table Talk, or his ſenſe of various matters of Weight and high conſequençe, relatinus eſpecially to religion and State, quem Clericus recenſet in Bibliotheç, ancienne & moderne T. VI. p. 25. quando Gallice ita verba Seldeni interpretatur; Une Egliſe eſt, comme un feſtin magnifique, ou il y a toutes ſortes des mets; mais ou chacun en choiſit un, ou deux, qui ſont â ſon gout, & laiſſe tout le reſte. Quelqe glorieuſe que ſoit une Egliſe, chacun y choiſit ſa propre Religion; par laquelle il ſe conduit ſans avoir d' egard au reſte. Addit Clericus: Il y a en effet une infinité des gens, qui ne prennent, que ce, qui n' eſt pas incompatible avec leurs paſſions, & qui n' en obſervent rien d' autre.

Digitized by Google

tur Rom. XII, 5. 1. Cor. XII, v, 13. ſq. ut & ædificium, quod niſi juſto ordine cohæreat, facile corruit Eph. II, 20. ſqq. 1. Timoth. III, 15. quem cum membra Eccleſiæ externæ conſtituendi jus habeant, habebunt etiam jus illum conſervandi, atque contra turbatores defendendi, aſſerendi. Si enim Eccleſiæ ſtatus omni corruptionis labe careret, nec niſi vera Chriſti membra, ſpiritus atque veritatis unitate animata illi adjungerentur, ſponte unusquisque ſuum obiret officium, nec ab unione illa, nec ab ordine ſtabilito recederet: id quod in hoc tamen mundo ſperare haud licet, animis hominum tot malorum ſeminibus gravidis: Opus ergo erit legibus, opus pœnis, opus etiam interdum vi ad peſſimos e ſocietate removendos, imo ad exteros cœtum hunc turbantes depellendos: opus magiſtratibus, opus ſumtibus, in genere opus erit Imperio ſine quo nulla ſocietas ſubſiſtere poteſt. §. 8.

§. 29.

Negari ergo nequit Imperium ſicut ad omnium ſocietatum externarum incolumitatem neceſſarium eſt, ita & huic ſocietati Eccleſiaſticæ neceſſarium atque coævum eſſe: non ad finem Eccleſiæ ſive religionis in ſe obtinendum, hoc eſt veritatem, pietatem, fidei atque amoris unitatem animis inſtillandam, ſed ad ordinem externum conſervandum, malos cohibendos, expellendos, puniendos, Cave tamen exiſtimes, hoc imperium ab imperio civili eſſe diſtinctum: neceſſario ſeparandum, ut connecti illi nequeat. Nevero de aſſerto quicquam dubii tibi remaneat, dabo operam ut omnis ſcrupulus tibi eximatur,

Num imperio illi opus ſit & quem in finem?

§. 30.

Num Eccleſiæ ordo externus Imperio ſit ſubjectus?

Cum ea imperio civili ſubjici poſſint, imo ſubjicienda expoſcat ſocietatum atque generis humani ſalus, de quibus voluntates atque vires hominum in unum conjungi, & de quibus diſponendi poteſtatem homines in alium transferre poſſunt, §. 21. ſqq. omnis jam quæſtio eo redit: num ordo in Eccleſia conſervandus ex eorum ſit numero, cujus diſpoſitio alterius poteſtati poſſit committi, in quo ſtabiliendo hominum voluntates ita poſſint uniri, ut ſi quis pacto, ſi quis ſuo officio ſatisfacere nolit, cogi poſſit? ſiquidem enim talis ſit ordo externus Eccleſiæ, ſane imperio civili eximi nequit, cum nulla ratio ſit, cur hæc poteſtas ſummæ in civitate poteſtati denegari debeat, quæ ad ſalutem publicam tantopere eſt neceſſaria, & quæ imperii omnino capax eſt: nec magis ideo imperio exempta cenſeri poteſt, quia circa religionem atque Eccleſiam verſatur: quam aliorum objectorum imperii civilis varietas minime imperiorum producit varietatem: infinitæ enim adhuc in civitate poſſunt eſſe ſocietates, quæ omnes, quantum ad ordinem ibi conſervandum, imperio civili ſubſunt: nec tamen diſtinctas inde imperii ſpecies quiſquam efformaverit. Reipublicæ enim atque ei cohærentis imperii eſt, ut omnium, quæ in civitate geruntur, curam habeat; ut caveat ne pax atque tranquillitas publica turbetur: ut omnia pericula, omnesque turbas a republica avertat: ut omnium actiones externas, quibus reſpublica, quibus cives ſinguli quicquam detrimenti capere poſſent, in unum conſpirare faciat:

ciat: quod ſi vero una alterave ſocietas ipſius imperio plane eſſet exemta, ſtatus in ſtatu formaretur, voluntatum atque virium unitas ceſſaret, visque imperii, robur atque ſalus Reipublicæ ſolveretur, infirmaretur.

§. 31.

Quænam ſub hoc ordine externo comprehendantur?

Id tamen altioris eſt indaginis, quæ nam ſub ordine externo in Eccleſia conſervando comprehendantur, quorum ordinandorum poteſtas imperio civili poſſit eſſe ſubjecta? Et num talia ab imperio civili nunquam ſeparari poſſint? Nequis vero rerum atque caſuum a ſe diverſorum confuſione ſe decipi hic patiatur, diſtinctis hic indulgendum erit conceptibus. Si quis enim omnium Principum atque Imperantium eandem hic eſſe poteſtatem ſibi perſvaderet, idem ille mihi facere videretur, ac ſi quis crederet Germaniæ Imperatorem Galliæque regem eandem habere in ſua regna poteſtatem: Duces Germaniæ cum Galliæ atque Angliæ Ducibus eandem poſſidere autoritatem: neque conſules Romæ olim majori polluiſſe potentia atque ſplendore, quam quidem hodie civitatum noſtrarum conſules pollent. Hinc de ea majeſtate ſummoque Imperio mihi ſermo hic erit, quod abſolutum, independens atque reipublicæ eſt, non quod in his vel illis Regum perſonis conſpicitur, variis pactis legibusque regni fundamentalibus limitatum: illud enim ſingulare atque facti erit, ex legibus naturalibus reique natura haud demonſtrandum. Jam cum ſumma in civitate poteſtas omnia ea ordinare poſſit, quæ ad ſalutem publicam ſunt neceſſaria, &

quæ

quæ legibus divinis facere haud prohibetur: generalis illa regula ſponte exinde fluit: ***quod tantum ſummus Imperans circa religionem ſubditorum poſſit, quantum ſalus publica requirit, quantumque uniuscujusque conſcientia admittit.*** ***(l)*** Requirit autem natura imperii atque ſocie-

Num menſuram hac capiant ex conſcientia ſubditorum?

(l) Separari à ſe invicem hos duos characteres, quibus jura circa ſacra poſſunt dignoſci, ſubinde animadvertere licet; hinc uno fere ore omnes clamant; jus circa ſacra Principum majeſtati atque Superioritati ſuos debere natales; hactenus quidem non male; ſed quænam ad hoc referenda ſint, ex ſola majeſtatis natura vix extorſeris, niſi & ad homines reſpicias, atque inquiras, quænam imperium admittere poſſint, nec ne, inde enim ultro limites conſtitui juri circa ſacra deprehendes, quemadmodum id ad oculum demonſtravi, ut mirari ſubeat auſum fuiſſe nonneminem ſcribere: Es iſt die Frage/ wie weit ſich das Jus circa ſacra erſtrecke? Reſp. Ich raiſonnire folgender Maßen; In heiliger Schrifft findet man nicht/ daß dem Fürſten bey dem Jure circa ſacra beſondere Pflichten injungiret/ oder deſſen Gräntzen expreſſe ausgedrucket worden/ es ſey denn daß man *ex natura & indole religionis Chriſtianæ* etwas *erui*ren wollte, welches aber von ſchlechter Wichtigkeit ſeyn würde. Mithin wird die Sache ex fine reipublicæ über alle Sachen Macht/ die nicht ſpeciali lege divina aut conventione cum ſubditis ausgenommen worden. Alſo hat er auch in Jure circa ſacra ſolche Gewalt: ergo iſt es ein Jus illimatum. vid. Sendſchreiben betreffend das Recht eines Proteſtantiſchen Fürſtens in Einführung eines modi vocandi zum Predigamt p. 34. Optarem ſane tantos hiatus atque ſaltus hac in re, omnino graviſſima, non committi, ſed majori cura atque penitiore meditatione omnia evolvi; cum graviſſima inde damna

ſocietatis ſalus, omnium civium voluntates atque vires eſſe conjunctas in imperantis perſona, ſive jam ſingulariſſime moralis atque myſtica fuerit, parum hic refert: ergo omnes imperio debent eſſe ſubjecti in iis, quæ imperari poſſunt, nec quisquam civium imperio civili poterit eſſe exemptus. Multa officia amoris atque juſtitiæ florere in republica, nec unum ab altero lædi, infeſtari, odio haberi publica tranquillitas poſtulat, neque talia ordinari, curari ullis legibus, ulliusque conſcientiæ repugnat: Poterit ergo impedire vi majeſtatis, ne ſub obtentu religionis ſcelera, crimina, fraudes, conjurationes aliaque nefaria patrentur, nec pati poterit, unum alterum perſequi, odio habere, infeſtare, pacemque publicam ſub ſpecie religionis turbare. Poterit ergo omnino prohibere, ne ejusmodi dogmata doceantur, quibus mores hominum corrumpuntur, virtus ſuffocatur, homines ad ſcelera irritantur, omneque pacis atque tranquillitatis publicæ fundamentum ſollicitatur, evertitur, quo maxime atheiſmus eique ſimilia pertinent. Cum unusquisque tantum boni, tantumque perfectionis mundo inferre teneatur, quantum poteſt, num putas nullam eſſe Imperanti obligationem, cui ſalus publica ſuprema lex eſt, & cui tantæ ſunt vires bonum augendi, qua omnem movere lapidem debeat ut virtus, ut juſtitia, ut prudentia, ut charitatis officia majora

ad respublicas redundare quotidie experiamur. Siquidem etiam ex ſola ratione examen inſtituatur, non eſt, quod quis veritati exinde præjudicium timeat, modo deſultoria atque perfunctoria opera id non fiat.

ra indies incrementa capiant, ut artes, ut cognitio eorum, ex quibus hominum felicitas dependet, floreant? Novi quidem aliis aliam hic eſſe mentem, ſed fateor, ſufficienti ratione illam mihi deſtitui videri, utpote primis juris naturæ principiis contrariam; quamvis facilius nihil ſit, quam ut in modo virtutis atque pietatis ſtudium promovendi peccetur, tyrannidisque Eccleſiaſticæ hic labes incurratur, quod quomodo fieri poſſit deinceps erit excutiendum, (*m*)

§. 32.

Num Miniſtrorum atque Doctorum Eccleſiæ conſtitutio Eccleſiæ ſit propriæ?

Cum vero hæc omnia vix obtineri poſſint, niſi Doctores publici conſtituantur, qui populo de hiſce officiis inſtruendo, pares ſint: cumque conſcientiæ ſubditorum repugnare haud videatur, Doctorem admittere, eique aurem præbere, qui monitis ſuis animum atque vitam ad DEI voluntatem bonique civis munia obeunda componere allaborat, nec omnis hic poteſtas principi videtur denegari poſſe: maxime cum vix aliundæ magis gravia Reipublicæ metuenda ſint incommoda, quam ex inconſulto publicorum Doctorum Zelo, quibus ſub religionis ſpecie plebem excitare, turbas atque diſſenſiones ſeminare nunquam non ſatis

(*m*) Facilem modum commendavit olim St. Euremont, quando T. IV. des ſes Oeuvres melées p. m. 175. inquit: Le retabliſſement de l' honeteté parmy les hom-„ mes ſeroit facile aux Rois. Pour achever ce grand„ ouvrage ils n' auroient qu' à rendre les honetes gens„ heureux, & les mechans malheureux.„ Id tamen certum eſt, vi atque coactione virtutem haud inſtillari, propagari: Sed mille alia Imperanti ſuppetunt media, quibus virtutem promovere poteſt,

tis ampla patet poteſtas. Cumque poteſtas denominandi, eligendi miniſtros certo collegio imo certis perſonis committi poſſit, poterit etiam committi Principi atque Imperanti, maxime ſi ſit ejusdem religionis: ſi eadem cum ſubditis ſacra colat. Quid ſi vero Princeps ſacris diverſis ſit addictus, num adhuc integrum ipſi erit, miniſtros Eccleſiæ ſive Doctores publicos conſtituere, qui populum ſuum inſtruant? num obtrudere ipſis poterit Doctores a ſua religione diverſa ſentientes, ſive quos ipſi adhorrent? Sane ſiquidem vi majeſtatis hæc ipſi competit poteſtas conſtituendi Eccleſiæ miniſtros, nec jus ipſi denegandum videtur etiam vi id exſequendi, maxime eo modo, quem ſuo judicio credit eſſe optimum, quod, ſiquidem recte agere velit, non poteſt non ſequi, niſi conſcientiæ refragari malit. §. 24. Sed facile quivis animadvertit, ita vim conſcientiis illatum iri, ſiquidem tales ſubditi cogerentur Doctores admittere, a quibus ſibi ſeductionis atqe damnationis periculum metuunt: quibus finis religionis, quem ſibi quisque proponere poteſt, obtineri nequit: fac enim exhortari hunc Doctorem ſubditos, ut ad frugem redeant, vera haud credet, quicquid dixerit; fac ſacramenta ab eo adminiſtrari, repugnante conſcientia ſubditus illis uti nequit, cum DEI voluntati haud conformiter id fieri exiſtimet, ergo carere illis cogetur, ergo officio ſuo ſatisfacere prohibebitur: hinc obſequio haud ſe obſtrictum credet hinc prona ad rebellionem via: Num id exinde ſequi exiſtimas, jus hoc majeſtati eſſentiale non eſſe, ita ut neceſſario ſummæ poteſtati debeat eſſe connexum? Ita omnino arbi-

tror

tror, & fidem dictis denuo addo, quia alias Principi jus eſſet exercendi illud, imo exſequendi etiam vi adverſus ſubditos, admittere id recuſantes, obtrudendo ipſis Doctores a ſua religione diſſentientes, ſiquidem certus ſibi ſit, ſe legibus DEI nihil quicquam adverſum hic commiſiſſe: ſuperſtitioſus vero Princeps vix DEO magis accepta officia præſtari poſſe ſibi imaginatur, quam ſi alios ad ſuam religionem pertrahere poſſit: quales vero exinde effectus ſint redundaturi, dixi. Sed cave tamen exiſtimes, nec ergo Principis eſſe eorum, quæ hic aguntur, notitiam habere: absque ipſius autoritate talem Eccleſiæ miniſtrum publicam autoritatem docendi accipere, hinc nec confirmationem ad Principem qua Principem ſpectare: hoc enim majeſtati eſſentiale eſt, hinc etiam absque conſcientiæ jactura a cujuscunque religionis Principe tale jus exerceri poſſe animadvertimus: hincque Pontificem Romanum partem majeſtatis Imperatori extorſiſſe perſvademur poſtquam Epiſcoporum inveſturas ad ſe arripuit.

§. 33.

Cum eſſentiale majeſtati non ſit jus conſtituendi miniſtros Eccleſiæ, erit cœtui religionis cauſa ſociati, ad finem ſuum obtinendum de idoneis doctoribus ſibi proſpiciendi jus, & cui ille id commiſerit: ut ex regula præſumtio ſit, quemvis cœtum, cui liberum debet eſſe religionis exercitium, id habere juris, Doctorem ſibi eligendi, conſtituendi; quod ſi vero Princeps, ſi Conſiſtoria, ſi Patroni id juris ſibi vindicaverint, id

facti

Digitized by Google

facti erit, hinc probandum, pacto ſive tacito ſive expreſſo talem ſibi collatam eſſe poteſtatem. Abſit tamen id quod denuo repetimus, ut independentiam Miniſtrorum Eccleſiæ, ſive publicorum Doctorum ab imperio civili ſtatuamus; totam enim Eccleſiam imperio ſubeſſe ſupra docuimus, cum enim ſeparatæ non ſint Eccleſiaſticæ ſocietates a ſtatu civili, ſed totam Civitatem hodie pervadant, illique connexæ ſint, cumque officia Eccleſiaſtica hodierna in viſibili Eccleſia dignitatem, gradus atque immunitates habeant adjunctas, cum publicis ſumtibus ſuſtententur, atque ſalaria accipiant, id ſane eſſentiale erit imperio civili, ut proſpiciat, ne inſcio magiſtratu politico tales Doctores conſtituantur, ut publica auctoritate confirmentur, & ſiquidem ſtatui periculum ab iis metuendum ſit, ut ad Doctoris munia obeunda non admittantur, vel ſi turbas excitaverint, ſi mores hominum corrumpant, ſique Rempublicam lædant, removeantur, puniantur, ita enim conſcientiæ haud quaquam vis infertur, cum inde jus ipſi hand adimatur, de alio Doctore ſibi proſpiciendi; (*n*) cum finis religionis nihilo-

Cur Imperans excludi penitus nequeat?

D

(*n*) Hinc à Turcarum Imperatore Græciæ Epiſcopi inveſtiuntur teſte Cruſio in Turco-Græcia; deque aliis Epiſcopatuum inveſtituris ita loquitur Barlaumus Hieracenſis Epiſcopus, libro contra primatum Papæ: „Pontificatus quilibet, quomodo Bulgarienſis dependet a „Principe illius gentis & Triballenſis ſimiliter à ſuo „Principe. Antiocheno vero Patriarchæ Armenicorum Rex dominatur. Hieroſolymitano autem & „Alexandrino Ægyptiorum impiiſſimus Princeps. Nullus enim horum pontificatum recipit, non probante „& decernente & conſentiente ſuo ſeculari Principe. „Magis autem, & plurimum, & omnibus, ad quos

hilominus obtineri poſſit, ita enim nec imperio quicquam decedit, nec Conſcientiæ ſubditorum periculum imminet, ſtatusque Eccleſiaſticus optima harmonia cum civili combinatur, ut neque uni neque alteri quicquam confuſionis aut mali immineat.

§. 34.

Qualis modus eligendi in primitiva Eccleſia?

Rationi optime conſonat divina revelatio. Quamvis enim Matthias ſorte Apoſtolorum numero fuerit additus, factum id tamen cœtu fidelium conſentiente, eumque modum eligendi approbante Act. I, v. 15. 26. Imo communibus ſuffragiis atque calculis electus eſt, uti vox συγκατεψηφίσθη ſatis declarat. Ita ſane & ſeptem illi Diaconi a fidelium cœtu fuere electi Act. VI, 1. 7. Presbyteri paſſim in Eccleſiis ab Apoſtolis ordinati Act. XIV, 23. 2. Cor. VIII, 19. Nec quidem Apoſtoli, qui propagationi Evangelii unice intenti fuerunt, plus ſibi poteſtatis aſſeruere in externo ordine Eccleſiæ conſtituendo, quam generalem directionem, ne quidem in illis Eccleſiis, quas ipſi collegerant, quales in Bythinia a Paulo, & in Galatia a Petro collectas legimus, utpote in quibus per vim præcepti ordinarunt nihil, omnem circa hæc ordinationem cœtui relinquentes; ne quidem interrogati aliter, quam per modum conſilii ſententiam ſuam expoſuere, quemadmodum ex controverſia Act. XV. memorata

„ſpectat electio voluntate renuentibus, & cum Principe „diſcordantibus, neceſſarium eſt, finaliter eum, quem vult Princeps, Pontificem effici. vid. Reinhardi Meditat. de Jure Principum Germaniæ de Jure circa ſacra ante tempora Reformat. exercito c. III. p. 177.

Digitized by Google

rata patet. Sane ſi jus conſtituendi Doctores Eccleſiæ majeſtaticum foret, vix Apoſtoli, primique Chriſtiani a crimine læſæ majeſtatis abſolvi poſſent, qui auſi fuiſſent in jura Imperantis, cui omnes ſuberant, involare. Non quidem ea mihi mens eſt, quaſi modus conſtituendi Doctores Eccleſiæ in locis Scripturæ citatis præceptus, atque ita omnibus obſervandus neceſſario eſſet: multis enim modis hic variari poſſe mihi perſvaſum eſt, quemadmodum revera ubique fere locorum aliquid hic immutatum reperitur, ita enim in Anglia, ita in Hollandia, ita in Friſia, ita Roſtochii, ita Argentorati omnis conſtitutionis atque electionis vis à cœtus vel integri, vel nonnullorum ex eo arbitrio dependet: alibi Conſiſtoriis hæc poteſtas eſt data, alibi magnus Patronorum uumerus, alibi tota res Principis arbitrio eſt relicta. Id ſufficit demonſtrare, jus hoc majeſtati eſſentiale non eſſe, ſed collegiale, cuique cœtui religionis cauſa conjuncto proprium, ex natura atque indole cujusque religionis, cui ſubditi adhærent, *imperio tamen civili omnino ſubordinandum*, adeo, ut quidem ſub imperio contineatur, ſed exercitium ejus indoli imperii neceſſario haud inhæreat.

Num unus idemque modus obtinere debeat ex præſcripto S. Scripturæ?

§. 35.

Sed quid dicemus de aliis ad ordinem in Eccleſia externum ſervandum neceſſariis: Cujusnam erit indicere feſtos & nefeſtos dies: cujus adminiſtrare bona, regere ritus & cærimonias, imo eas corrigere, temperare, tollere; cujus diſciplinam Eccleſiaſticam exercere, Eccleſiamque turban-

Nam ritus atque cærimoniæ, diſciplina Eccleſiaſtica, dies feſti &c. ab imperii præſcripto dependeant?

bantes coërcere, quis ordinabit loca, tempora, ubi & quando cœtus habendis ſacris cogendi, dimittendi, quis ſacris antiſtitibus aſſignabit ordines atque functiones in Eccleſia? Omnia hæc â Principibus Proteſtantibus ſibi vindicari experientia loquitur: quo quæris jure? num id vi majeſtatis, ſummique imperii quod gerunt, num ex ſpeciali pacto, civiumque ſuorum conſenſu, Sive tacito ſive expreſſo? Fateor hæc omnia talia eſſe, ut ſummi Imperantis directio ſupremaque inſpectio excludi nequeat, qua cavet, ne quid imperio ſuo inde derogetur, ne absque ſua autoritate quicquam imperii in ſuos ſubditos exerceatur, imo ne absque ejus autoritate publicum munus ſuſcipiatur; ſed in eo tamen deficit ratio, qua perſuaderi poſſim Imperantes hæc omnia determinare atque ordinare poſſe vi majeſtatis, ſummæque in civitate poteſtatis; Siquidem enim id juris majeſtati intrinſecum atque eſſentiale eſt, ut omni competat imperio abſoluto eique indepenti, ſive Chriſtiano, ſive Turcico, ſive ethnico, neceſſe eſt; Opus inſuper eſt, ut ſubditi in prima imperii inſtitutione horum omnium pro lubitu ordinandorum poteſtatem in Imperantem transferre poſſint. Si omnibus ea mens eſſet, hæc modo recenſita adiaphoris eſſe accenſenda, illorumque ordinationem pro lubitu ab hominibus inſtitui poſſe, neque DEI lege perpetua, eaque immutabili multa ex hiſce obſervanda præſcribi; Ego ſane nullus dubitarem; majeſtati omnium horum determinationem eſſe propriam atque intrinſecam, nec niſi imperantis beneficio illam â quocunque alio exerceri, niſi in prima Reipubli-

cæ

cæ inſtitutione hæc fuiſſent excepta. Sed quotusquisque quæſo eſt, qui hoc credit, qui ritibus atque cerimoniis nihil ſancti ineſſe; qui feſtos dies a DEO ſibi ſanctificandos haud præceptos eſſe; qui diſciplinam Eccleſiaſticam ab hominibus inventam, neque per modum legis à DEO ſancitam fuiſſe, ſibique perſuaderi patitur, ut alia plurima taceam; Quodſi jam imperans vi majeſtatis hæc ordinandi poteſtatem habet, pro reipublicæ ſalute ea inflectere, immutare, imo tollere poterit; eosque pœnis coercere, qui quocunque modo ejus mandato obſequi recuſaverint; Sed e contrario non minus jus ſibi eſſe ſubditi credent, conſcientiæ ſuæ dictamini attendendi, obſequium detrectandi, cum ad ea haud cogi poſſint, quæ officio eorum repugnant; cum DEO magis ſit obediendum, quam hominibus; Ponamus Principem Evangelicum ſubditis ſuis Pontificiæ religioni addictis præcipere, ne dies feſtos celebrent, quos omnibus Sanctis, quos Mariæ, quos Apoſtolis deſtinavit Eccleſia Romana; ut immutentur ritus in miſſæ celebratione adhiberi ſoliti, ut deſtruantur altaria, ſanctorum imagines atque ſacella, ut ordines ſacri tollantur, omnesque in poſterum Clerici æquales habeantur, ut quadrageſimæ non amplius obſerventur; ut confeſſio auricularis aboleatur; licet enim Principi perſuaſum ſit, hæc adiaphora, nec a DEO præcepta eſſe, nec ad ſalutem æternam conſequendam neceſſaria, alia tamen mens eſt ſubditis, qui omnibus hiſce divini quid ineſſe putant; qui ad omnia hæc ſancte colenda atque obſervanda divinis legibus ſe obſtrictos exiſtimant; hinc voluntatum hic nulla poteſt eſſe unio, neque

rium eos cogendi ſe exſerere poterit efficacia, hinc nullum etiam obtinet imperium. Fac Catholicum Principem imperare ſubditis proteſtantibus, fac ipſum credere multas cerimonias, ritus, aliaque religionis externa, quibus religio ſubditorum Proteſtantium connexa eſt, eſſe adiaphora, ſuppone, ipſi penitus perſuaſum eſſe, poſſe ſubditos ſuos Proteſtantes absque conſcientiæ læſione hoſtiam adorare, imagines venerari, dies feſtos Sanctorum celebrare, num ad id cogendi jus habebit ſubditos, ſiquidem id nefas eſſe illi arbitrati fuerint? Ego ſane non putaverim id fieri poſſe, cum nemo hominum cogi poſſit ad ea, quæ ſuo officio ſunt contraria, & ad quæ omittenda unusquisque DEI lege ſe credit eſſe obligatum. Videmus paſſim inter Chriſtianos tolerari Judæos, qui Principes ſuos ſuperiores agnoſcunt; neque tamen dixerim quemquam Principum poteſtatem habere immutandi ritus atque cerimonias eorum, quibus religionem ſuam connexam, eamque a DEO præceptam credunt; licet enim nobis Chriſtianis perſuaſum ſit, ſabbatum eorum hodie nihil divini habere, adeoque revera eſſe adiaphorum, ipſis tamen alia mens eſt; hinc cogi nequeunt, ne feſta ſua celebrent; cogi neſciunt, ut conciones noſtras audiant; imo ex hoc etiam principio evidens fit, cur liberi ipſis auferri nequeant, ut in Chriſtiana religione educentur, cum ita facillime finis poſſet conſtitui gentis Judaicæ ejusque religionis propagini, quemadmodum nonnullis id ſuppeditare conſilii Principibus Chriſtianis, inconſulto ſane zelo placuit. Cum enim naturæ lex cuivis parentum ſobolis injungant educationem, officii erit

Paren-

Parentum Judaicæ religioni addictorum, eo modo ſobolem educare, quem DEO quisque credit gratiſſimum; cum vero ſuam religionem credat veram eſſe, certum eſt impediri Judæum, quo minus officio ſuo ſatisfacere poſſit, ſi ſoboles ipſi invito adimatur; hinc eum lædi, ad quod tamen nemini jus competit. Manet ergo firma atque univerſalis regula, quod omnia ea imperio civili exemta ſint, quæ vel primitus in conſtitutione ejus exemta ſunt, vel plane nunquam in Imperantem transferri potuerunt; qualia omnia ea ſunt, quæ religionem, quæ conſcientiam concernunt, & ad quæ unusquisque ex ſuo potius, quam alieno arbitrio præſtanda tenetur, & in quibus ſalvo ſuo officio, divinis, quas credit, legibus, debito, ex alieno arbitrio dependere nequit. Et quamvis interdum talis poteſtas in Principem collata fuerit; uti ſane collatam in Imperio novimus, hinc inde in Principes Proteſtantes, vis tamen imperii ſe exſerere nequit, niſi quando nullius inde turbatur conſcientia; in conſiſtoria, collegia, Pontificem, Epiſcopum talia jura ſi collata dixeris, idem obtinebit.

§. 36.

Jura talia ordinandi non majeſtatica, ſed collegialia eſſe, oſtenditur, per modum imperii haud exercenda?

Cum vero jura hæcce majeſtati civitatis neceſſario haud connexa ſint; cumque unusquisque in civitate religione ſua libere frui poſſit & debeat, §. 24. id jam inquirere animus eſt; cuinam hæc jura regulariter competant? num ab imperio ſejungi, aliisque tribui poſſint? & ſiquidem Imperanti competant, quo nomine ea ipſi competant? Siquidem hominibus religionis cau-

ſa ſociatis, nondum imperium conſtitutum eſſet; ipſis ſane integrum eſſet, tale ſibi conſtituere, quod ſuis rationibus optime conveniret; multaque ſibi reſervare quæ alias regulariter Imperio exemta non ſunt; ſed cum tales ſocietates plerumque in medio ſtatus civitatis exſurgant, quæ dudum conſtituta eſt; id jam quæſtionis eſt, quænam jura ſibi vindicare posſint, ſalvo imperio jam conſtituto, eoque abſoluto? Cum in antecedentibus §§. 34. 35. plurima adduxerimus, in quibus ab alieno arbitrio dependere nequeunt homines religionis cauſa ſociati; nihil jam ſupereſt, quam ut dicamus, jura modo dicta cum *majeſtati eſſentialia* non ſint, ex ſua natura *ſingularia, privata*; & cuivis ſocietati, religionis cauſa conjunctæ propria eſſe; ſi collegialia (*o*) cum aliis illa

(*o*) Neminem novi, qui ante celeberrimum Tubingenſium Theologum eumque Cancellarium Pfaffium diſtinctius tradiderit jura Principum circa ſacra, majeſtatica atque collegialia, qui ſingula ad ſuas claſſes refert, originesque horum jurium ſollicite evolvit; quamvis enim Ego ex paululum diverſis principiis mea deduxerim, atque in nonnullis concluſionibus ab eo abeam, vix tamen unquam ſine voluptate ſumma legere contingit ea, quæ extant in erudito ejus Tractatu de originibus juris Eccleſiaſtici. Conferri tamen hic meretur Celeb. Gundlingius in Via ad Veritatem P. III. C. XXXV, cujus utpote meditationes eodem fere collineant. Cum vero facile prævideam, non omnium ad palatum fore hæc mea aſſerta; futurosque nonnullos, qui ea in Principum majeſtatem atque ſtatuum Imperii ſuperioritatem injuria exiſtimabunt; hinc omnes impenſe rogatos velim, ne ſententiam præcipitent, atque alienam mihi mentem affingant, ut ſequentibus, quibus mentem meam explicare ne-

Digitized by Google

ceſſarium duxi, benevole attendant. Scilicet id mih hîc curæ fuerat, naturam atque eſſentiam Majeſtatis philoſophicam in genere excutere, iisque ejus attributis evolvendis operam impendere, quæ finis Reipublicæ neceſſitas *neceſſario* illi ineſſe requirit, atque indoles ſocietatis civilis admittit. Neque tamen nego poſſe interdum ſive pactis ſive longa obſervantia in hac vel illa Republica plurima alia Majeſtati connecti jura, quæ alias in genere ei haud ſunt eſſentialia. Novimus hinc frequentem eſſe Doctorum diſtinctionem, qua jura Majeſtatica in eſſentialia atque accidentalia diſtinguunt; quorum illa, ſalva majeſtate, nunquam à majeſtate abeſſe poſſunt, bene tamen hæc. Ita ſane certum eſt hodie; tantum non ubique jus fluminum, venationis, metallifodinarum, theſaurorum &c. Regalibus accenſeri; neque tamen quisquam dixerit, eſſe ea majeſtati eſſentialia, ita ut ſalvo fine Civitatis nunquam ab ea poſſint eſſe ſeparata; Sunt enim omnia hæc jura majeſtatica, ſed accidentalia, non neceſſario, ſed pactis, uſu atque obſervantia majeſtati connexa. Ita ſane ſalvis meis Principiis, me non repugnante, jura circa ſacra, quæ hactenus collegialia voco, juribus Majeſtatis atque Superioritatis territorialis Principum Proteſtantium accenſebis, modo ea ex indole atque natura imperii neceſſario derivare caveris, modo imperio eſſentialia non dixeris, modo vi ea adverſus quoscunque, imo â quocunque Principe exerceri poſſe haud aſſerueris, id quod ſane omnibus religionis atque rationis principiis repugnare evidenter demonſtravi. Quod ſi privata atque ſingularia eſſe hæc jura dixerim, credas illa adhuc ſingularia atque privata manere, ubi in conſortium majeſtatis atque Superioritatis territorialis ſunt transfuſa; privata ſunt, ſi a ſingulis cœtibus religionis cauſa coadunatis ad ſacrum cultum commode obeundum exercentur; privata olim fuere, cum Chriſtianiſmus nondum Reipublicæ fuerit connexus; atque eatenus & verum eſt in ſe, tanquam privata ſi conſiderentur, ea nihil imperii

perii continere; poſſunt tamen cum imperio exerceri ſi juribus majeſtatis ſint ſociata, ſi â Principe exercentur, qui *invitis conſcientiis nihil obtrudit*; Cumque hodie vix cum effectu absque imperio exerceri poſſint, vixque terminis ſuis contineantur, quo minus in imperium involent, ubi à privatis exercentur, inde apparet, ſapientiſſime, imo interdum neceſſario ea â Principibus ſibi vindicari, atque majeſtati coadunari, ubi abuſus aliter coerceri, ubi imperium aliter ſalvum eſſe nequeunt; modo ab iis id non fiat, quorum religionis principia non patiuntur imperio ea eſſe admixta, quique ſine ſacra tyrannide ea exercere nequeunt. Si quis vero comprehendere plane non poſſit, cur ejusmodi Jura Majeſtati haud ſtatuam eſſentialia, ille, quæſo, conſideret, me jus circa Sacra Principis oſſibus, ut ajunt, omnino adhærere, ejusque majeſtatis eſſentiale ſtatuere; ſed objecta tamen diſtinguere, quorum multa imperium haud patiuntur; quis enim, quæſo ægre ferret, ſiquidem defenderem, majeſtaticum jus non eſſe determinare, cui unusquisque conjugi jungatur, quale unusquisque vitæ genus eligere debeat, modum educationis librorum unicuique civium præſcribere, eruditorum commercia literaria diſponere, atque diſciplinis tradendis methodum tradere &c. Sunt enim infinita objecta, circa quæ diverſimode imperium verſatur, quæ licet omnia ſuo modo ſub imperio contineantur, imperii tamen coactioni atque viribus haud patent; ad quæcunque enim homines cogi nequeant, illa ſane immediate ex imperio regulam non accipiunt, per conſequens nec peculiaria jura majeſtatis directo ſundant; licet per indirectum ab imperio dependeant, quatenus Princeps cavet, ne quid iis detrimenti capiat respublica, neque leges atque ordines civitatis inde ſubruantur; imo quatenus Princeps interdum nonnulla circa ea diſponit, ſubditis volentibus atque approbantibus. At, inquis, cui bono hæc tam ſolicite diſtinguuntur? Reſpondeo, ſi nulla alia eſſet ratio, hæc unica ſufficeret, quod Princeps abſolutus in juribus Majeſtatis

ſtricte

Illa dixeris, mihi perinde erit, cum nullus ex ſocietate pati poſſit, ea exerceri modo conſcientiæ ſuæ haud conformi §, 35. Ergo niſi cum omnium conſenſu exerceri nequeunt; ſi uni vel pluribus ex ſocietate ſive collegio exercenda commiſſa fuerint; neceſſe ſane erit, ut eandem cum collegio colant religionem; ſi enim diverſam profitentur religionem, ad hanc ſocietatem non pertinent, nihilque ipſi cum ea, quantum ad religionem, communionis, neque ergo ad unum eundemque finem tendunt, neque unitatem animorum, voluntatum, commodorum conjunctis cum ſociis hiſce viribus quærunt, quomodo ergo jura eorum exercere poterunt, ut ſalus religionis promoveatur? ut ordo conſervetur, ut ad unum eundemque finem omnia dirigantur! Imo & hoc inde evidentiſſime ſequitur, quod hæcce jura, licet uni licet pluribus exercenda commiſſa, per modum imperii in invitos exerceri nequeant: *in quantum ſcilicet exinde conſcientiæ libertas læderetur*; Nec Imperanti regulariter competere præſumuntur: hinc ſiquidem Imperantibus ea competant, erit id facti, hinc probandum: Imo & hoc ultro ſequitur, ſiquidem ergo Principi competant hæc jura collegialia, competere ipſi non qua Principi, *Nec Principi qua Principi,*

ſtricte ſic dictis exercendis omnia jure agat ex ſuo arbitrio, nequicquam ſolicitus de ſubditorum opinionibus, modo divinis legibus ea haud contraria judicet; quod ſi vero jura exerceat non majeſtatica, ſed collegialia, tantum abeſt, ut jure agat, ſi ſuum unice ſequatur arbitrium, ut ſtatim imperium in ſacram tyrannidem degeneret, niſi ratio habeatur ſubditorum perſuaſionum.

ſed ex conventione qua membro Eccleſiæ competunt.

pi, ſed qua membro Eccleſiæ, ideo ipſi collata vel ab ipſo vindicata, quia ipſi ſimul imperium competit, quo optime omnium ordinem Eccleſiæ conſervare poterit in iis, quæ imperio ſubſunt. Neque obſtat, quod Eccleſiæ membra omnia ſint æqualia; nullusque in alterum imperium habeat, hactenus enim probatum eſt, jura hæcce, quæ collegialia ſunt, nihil imperii in ſe habere; valeret etiam hæc objectio, ſiquidem id mihi demonſtrare animus eſſet; Imperantem neceſſario hæcce jura vi imperii exercere, vel quia primarium membrum Eccleſiæ conſtituit: oſtendimus enim hucusque nonniſi libere in Imperantem ab eccleſia transferri hæcce Jura, quæ naturaliter non niſi ſocietati huic, religionis cauſa ſociatæ competunt; quæ æque alii adſcribi e ſocietate poſſent, qui Imperans ſcilicet non eſſet; quæ olim Apoſtolis, poſtea Epiſcopis atque Presbyteris ab Eccleſia fuere concredita Act. XX. 2, Theſſ. V. 12. Ita enim nec Chriſtus in hoc mundo cum Imperio hæcce jura in ſuam Eccleſiam exercuit, nec ab Apoſtolis exerceri in propaganda, ordinanda Eccleſia voluit; hinc tanta ſollcitudine munus doctorum ab Imperantium munere diſtinctum voluit, cum Apoſtolis omne Imperium interdixerit Matth. XX, 28. (*p*) hinc neminem obtrudi ſuam

(*p*) Reges Gentium dominium gerunt, & qui poteſtate iſta ſumma fulgent, beneficiorum titulo ornantur. Abſit vero hæc ut Vos affectetis. Sed qui major inter vos eſt, ſit, ſicut junior, & qui res dirigit, miniſtrum ſe eſſe cogitet. Hinc ad oculum patet 1.) nullam Chriſtum Hierarchiam Eccleſiaſticam inſtituiſſe, ſed potius damnaſſe. 2.) Eccleſiam, quam Chriſtus formavit, imperio, coactione pœnisque externis in-

Digitized by Google

ſuam religionem voluit. Nec obſtat, quod ſecuturum ita ſit, Principem jura circa ſacra collegialia amittere, nec gerere poſſe, quoties membrum Eccleſiæ non amplius eſt, cui ſubditi ſunt addicti. Fateor omnino hoc regulariter ſecuturum; cum natura rei id expoſcat; impoſſibile enim eſt, ut illa ſocietas ſubſiſtere poſſit, quæ ab eo dirigitur, qui idem cum ſocietate non intendit, qui diverſos plane â ſocietate fines habet; qui adeo voluntatum atque animorum unionem in ſocietate hac promovere nequit, ut potius vi conſcientiæ ſuæ omni modo eorum animos disjungi cupiat. qui nequit communem omnium ſalutem quærere, cum nihil magis ipſorum ſaluti contrarium judicet, quam ea, in quibus tamen omnem ſuam ſalutem conſiſtere credunt membra ſocietatis.

dutam atque roboratam haud fuiſſe; quod vero hodie talia jura collegialia cum imperio exerceantur, id omne exinde originem trahit, quod hodie Eccleſiæ ſtatui Rerumpublicarum ſint connexæ.

§. 37.

Tantum abeſt jurium horum collegialium translationem in Principem eſſe irrevocabilem atque perpetuam, ut potius Principes illa adminiſtrare nequeant ſalvo ſuo officio ſubditis debito, ſiquidem *plane contraria* a ſuis ſubditis ſacra ſectentur. Cum enim lex naturæ requirat ut patiantur Principes unumquemque ſuorum ſubbitorum conſcientiæ libertate frui, ut cultui divino abſque turbatione vacent; neque tamen facile hoc obtineri poſſit ſiquidem hæcce jura collegialia ab eo exerceantur, qui

Jura hæc in Principem tranſlata irrevocabilia non ſunt, ex ſua natura.

qui religionem toto coelo diverſam colit, uti §. 35. oſtenſum fuit; quis crederet Principem omnibus æquum, id juris adhuc vindicaturum ſibi eſſe; Accedit etiam, quod ſi talia jura irrevocabiliter ex libero ſubditorum conſenſu in Imperantem transferri poſſent, circa illa ut verſarentur objecta opus eſſet, de quibus paciſci ſubditis licet, atque in quibus ex aliorum dependere arbitrio integrum illis eſt; id quod tamen religioni repugnare hisce in rebus adſtruximus ſupra § 32. ſqq. Imo ſi hoc eſſet, nulla foret ratio, cur talia jura non pariter Majeſtatica eſſe cenſeremus, cum omnia ea, quorum ordinandorum perpetua poteſtas alteri conferri poteſt, reipublicæ majeſtati ſint ſubjecta. Nec eſt quod quis exinde periculum metuat Principum auctoritati, eorumque juribus, manet enim ſemper ſalva majeſtas, inque omnia ea poteſtas, quæ DEI lege haud ſunt exemta, neque enim illi, quibus jura talia collegialia poſtmodum exercenda committuntur, ejus imperio eximuntur, nec Imperans prohibetur, quo minus in omnibus hisce caveat, nequid ſtatui adverſum committatur, ne quis ulla poteſtate abutatur; ne quis in jura majeſtatica vera involet; quis enim diceret, minui Principis poteſtatem, ſiquidem vitam civibus pro lubitu adimere, ſiquidem omnes opibus ſuis uno quaſi ictu emungere nequeat, ſiquidem omnes ad ſuam religionem amplectendam cogere DEI lege prohibeatur? Talem enim poteſtatem nec unquam accepit, nec accipere potuit; Et licet jura collegialia aliquando acceperit, accepit tamen non aliter, niſi tanquam membrum illius Eccleſiæ, cum deſinat eſſe ejus membrum,

ægre

ægre ſane non feret, ſe incapacem jam eſſe illorum jurium, quæ nec ipſe gerere, nec ſubditi commode admittere poſſunt. Neque enim dici poterit ſatis ſuperque ſubditorum conſcientiæ libertati caveri, quamvis Princeps proprio jure ex ſuprema poteſtate, nec ex Eccleſiæ commiſſione, jura hæc collegialia exercere dicatur, cum ſemper limites atque menſuram accipiant ex divinis legibus in omni juris exercitio obſervandis; Cum ita hæc poteſtas exerceri debeat, ne ordinationes ejusmodi â religione atque confeſſione, cui Eccleſia addicta eſt, alienæ ſint, quemadmodum id cautum eſt in Imperio vi art. V. §. 48. I. P. W. de quo dicendi locus erit, ubi ex jure publico Jus reformandi evolvemus. Sed notandum eſt; unumquemque ſe ad ea obligatum eſſe credere, quæ conſcientia cuivis dictitat obſervanda; quid ſi jam conſcientia Principi odium religionis à ſe diverſe inſpiret, quid ſi perſecutionem, extinctionem ipſi imperet, nullis legibus contrarium judicabit Imperans, ſi vi in reluctantes ſubditos hæcce jura collegialia exerceat, continuæque lites atque turbæ neceſſario inde eſſent orituræ, Cum & illud accedat, quod Princeps abſoluto gaudens imperio, jus habeat ita imperium exercendi, quemadmodum ſoli DEO rationem de eo legitime adminiſtrato reddi poſſe perſuaſus eſt, jam ſi quid DEO haud repugnare crediderit, nihil obſtabit, quo minus exſequatur, quicquid reipublicæ commodum arbitratus fuerit, nec unquam in eo ſubditorum perſuaſionibus ſeſe accommodabit, nec ſeſe obligari ad id faciendum perſvadebitur, & quamvis & aliorum jurium majeſtaticorum abuſus liti-

bus

bantes coërcere, quis ordinabit loca, tempora, ubi & quando cœtus habendis ſacris cogendi, dimittendi, quis ſacris antiſtitibus aſſignabit ordines atque functiones in Eccleſia? Omnia hæc â Principibus Proteſtantibus ſibi vindicari experientia loquitur: quo quæris jure? num id vi majeſtatis, ſummique imperii quod gerunt, num ex ſpeciali pacto, civiumque ſuorum conſenſu, Sive tacito ſive expreſſo? Fateor hæc omnia talia eſſe, ut ſummi Imperantis directio ſupremaque inſpectio excludi nequeat, qua cavet, ne quid imperio ſuo inde derogetur, ne absque ſua autoritate quicquam imperii in ſuos ſubditos exerceatur, imo ne absque ejus autoritate publicum munus ſuſcipiatur; ſed in eo tamen deficit ratio, qua perſuaderi poſſim Imperantes hæc omnia determinare atque ordinare poſſe vi majeſtatis, ſummæque in civitate poteſtatis; Siquidem enim id juris majeſtati intrinſecum atque eſſentiale eſt, ut omni competat imperio abſoluto eique independenti, ſive Chriſtiano, ſive Turcico, ſive ethnico, neceſſe eſt; Opus inſuper eſt, ut ſubditi in prima imperii inſtitutione horum omnium pro lubitu ordinandorum poteſtatem in Imperantem transferre poſſint. Si omnibus ea mens eſſet, hæc modo recenſita adiaphoris eſſe accenſenda, illorumque ordinationem pro lubitu ab hominibus inſtitui poſſe, neque DEI lege perpetua, eaque immutabili multa ex hiſce obſervanda præſcribi; Ego ſane nullus dubitarem; majeſtati omnium horum determinationem eſſe propriam atque intrinſecam, nec niſi imperantis beneficio illam â quocunque alio exerceri, niſi in prima Reipubli-

cæ

cæ inſtitutione hæc fuiſſent excepta. Sed quotusquisque quæſo eſt, qui hoc credit, qui ritibus atque cerimoniis nihil ſancti ineſſe; qui feſtos dies a DEO ſibi ſanctificandos haud præceptos eſſe; qui diſciplinam Eccleſiaſticam ab hominibus inventam, neque per modum legis à DEO ſancitam fuiſſe, ſibique perſuaderi patitur, ut alia plurima taceam; Quodſi jam imperans vi majeſtatis hæc ordinandi poteſtatem habet, pro reipublicæ ſalute ea inflectere, immutare, imo tollere poterit; eosque pœnis coercere, qui quocunque modo ejus mandato obſequi recuſaverint; Sed e contrario non minus jus ſibi eſſe ſubditi credent, conſcientiæ ſuæ dictamini attendendi, obſequium detrectandi, cum ad ea haud cogi poſſint, quæ officio eorum repugnant; cum DEO magis ſit obediendum, quam hominibus; Ponamus Principem Evangelicum ſubditis ſuis Pontificiæ religioni addictis præcipere, ne dies feſtos celebrent, quos omnibus Sanctis, quos Mariæ, quos Apoſtolis deſtinavit Eccleſia Romana; ut immutentur ritus in miſſæ celebratione adhiberi ſoliti, ut deſtruantur altaria, ſanctorum imagines atque ſacella, ut ordines ſacri tollantur, omnesque in poſterum Clerici æquales habeantur, ut quadrageſimæ non amplius obſerventur; ut confeſſio auricularis aboleatur; licet enim Principi perſuaſum ſit, hæc adiaphora, nec a DEO præcepta eſſe, nec ad ſalutem æternam conſequendam neceſſaria, alia tamen mens eſt ſubditis, qui omnibus hiſce divini quid ineſſe putant; qui ad omnia hæc ſancte colenda atque obſervanda divinis legibus ſe obſtrictos exiſtimant; hinc voluntatum hic nulla poteſt eſſe unio, neque

 vi-

rium eos cogendi ſe exſerere poterit efficacia, hinc nullum etiam obtinet imperium. Fac Catholicum Principem imperare ſubditis proteſtantibus, fac ipſum credere multas cerimonias, ritus, aliaque religionis externa, quibus religio ſubditorum Proteſtantium connexa eſt, eſſe adiaphora, ſuppone, ipſi penitus perſuaſum eſſe, poſſe ſubditos ſuos Proteſtantes absque conſcientiæ læſione hoſtiam adorare, imagines venerari, dies feſtos Sanctorum celebrare, num ad id cogendi jus habebit ſubditos, ſiquidem id nefas eſſe illi arbitrati fuerint? Ego ſane non putaverim id fieri poſſe, cum nemo hominum cogi poſſit ad ea, quæ ſuo officio ſunt contraria, & ad quæ omittenda unusquisque DEI lege ſe credit eſſe obligatum. Videmus paſſim inter Chriſtianos tolerari Judæos, qui Principes ſuos ſuperiores agnoſcunt; neque tamen dixerim quemquam Principum poteſtatem habere immutandi ritus atque cerimonias eorum, quibus religionem ſuam connexam, eamque a DEO præceptam credunt; licet enim nobis Chriſtianis perſuaſum ſit, ſabbatum eorum hodie nihil divini habere, adeoque revera eſſe adiaphorum, ipſis tamen alia mens eſt; hinc cogi nequeunt, ne feſta ſua celebrent; cogi neſciunt, ut conciones noſtras audiant; imo ex hoc etiam principio evidens fit, cur liberi ipſis auferri nequeant, ut in Chriſtiana religione educentur, cum ita facillime finis poſſet conſtitui gentis Judaicæ ejusque religionis propagini, quemadmodum nonnullis id ſuppeditare conſilii Principibus Chriſtianis, inconſulto ſane zelo placuit. Cum enim naturæ lex cuivis parentum ſobolis injungant educationem, officii erit

Paren-

Digitized by Google

Parentum Judaicæ religioni addictorum, eo modo ſobolem educare, quem DEO quisque credit gratiſſimum; cum vero ſuam religionem credat veram eſſe, certum eſt impediri Judæum, quo minus officio ſuo ſatisfacere poſſit, ſi ſoboles ipſi invito adimatur; hinc eum lædi, ad quod tamen nemini jus competit. Manet ergo firma atque univerſalis regula, quod omnia ea imperio civili exemta ſint, quæ vel primitus in conſtitutione ejus exemta ſunt, vel plane nunquam in Imperantem transferri potuerunt; qualia omnia ea ſunt, quæ religionem, quæ conſcientiam concernunt, & ad quæ unusquisque ex ſuo potius, quam alieno arbitrio præſtanda tenetur, & in quibus ſalvo ſuo officio, divinis, quas credit, legibus, debito, ex alieno arbitrio dependere nequit. Et quamvis interdum talis poteſtas in Principem collata fuerit; uti ſane collatam in Imperio novimus, hinc inde in Principes Proteſtantes, vis tamen imperii ſe exſerere nequit, niſi quando nullius inde turbatur conſcientia; in conſiſtoria, collegia, Pontificem, Epiſcopum talia jura ſi collata dixeris, idem obtinebit.

§. 36.

Jura talia ordinandi non majeſtatica, ſed collegialia eſſe, oſtenditur, per modum imperii haud exercenda?

Cum vero jura hæcce majeſtati civitatis neceſſario haud connexa ſint; cumque unusquisque in civitate religione ſua libere frui poſſit & debeat, §. 24. id jam inquirere animus eſt; cuinam hæc jura regulariter competant? num ab imperio ſejungi, aliisque tribui poſſint? & ſiquidem Imperanti competant, quo nomine ea ipſi competant? Siquidem hominibus religionis cau-

ſa

ſa ſociatis, nondum imperium conſtitutum eſſet; ipſis ſane integrum eſſet, tale ſibi conſtituere, quod ſuis rationibus optime conveniret; multaque ſibi reſervare quæ alias regulariter Imperio exemta non ſunt; ſed cum tales ſocietates plerumque in medio ſtatus civitatis exſurgant, quæ dudum conſtituta eſt; id jam quæſtionis eſt, quænam jura ſibi vindicare posſint, ſalvo imperio jam conſtituto, eoque abſoluto? Cum in antecedentibus §§. 34. 35. plurima adduxerimus, in quibus ab alieno arbitrio dependere nequeunt homines religionis cauſa ſociati; nihil jam ſupereſt, quam ut dicamus, jura modo dicta cum *majeſtati eſſentialia* non ſint, ex ſua natura *ſingularia, privata*; & cuivis ſocietati, religionis cauſa conjunctæ propria eſſe; ſi collegialia (*o*) cum aliis illa

(*o*) Neminem novi, qui ante celeberrimum Tubingenſium Theologum eumque Cancellarium Pfaffium diſtinctius tradiderit jura Principum circa ſacra, majeſtatica atque collegialia, qui ſingula ad ſuas claſſes refert, originesque horum jurium ſollicite evolvit; quamvis enim Ego ex paululum diverſis principiis mea deduxerim, atque in nonnullis concluſionibus ab eo abeam, vix tamen unquam ſine voluptate ſumma legere contingit ea, quæ extant in erudito ejus Tractatu de originibus juris Eccleſiaſtici. Conferri tamen hic meretur Celeb. Gundlingius in Via ad Veritatem P. III. C. XXXV, cujus utpote meditationes eodem fere collineant. Cum vero facile prævideam, non omnium ad palatum fore hæc mea aſſerta; futurosque nonnullos, qui ea in Principum majeſtatem atque ſtatuum Imperii ſuperioritatem injuria exiſtimabunt; hinc omnes impenſe rogatos velim, ne ſententiam præcipitent, atque alienam mihi mentem affingant, ut ſequentibus, quibus mentem meam explicare ne-

ceſſarium duxi, benevole attendant. Scilicet id mih hîc curæ fuerat, naturam atque eſſentiam Majeſtatis philoſophicam in genere excutere, iisque ejus attributis evolvendis operam impendere, quæ finis Reipublicæ neceſſitas *neceſſario* illi ineſſe requirit, atque indoles ſocietatis civilis admittit. Neque tamen nego poſſe interdum ſive pactis ſive longa obſervantia in hac vel illa Republica plurima alia Majeſtati connecti jura, quæ alias in genere ei haud ſunt eſſentialia. Novimus hinc frequentem eſſe Doctorum diſtinctionem, qua jura Majeſtatica in eſſentialia atque accidentalia diſtinguunt; quorum illa, ſalva majeſtate, nunquam à majeſtate abeſſe poſſunt, bene tamen hæc. Ita ſane certum eſt hodie; tantum non ubique jus fluminum, venationis, metallifodinarum, theſaurorum &c. Regalibus accenſeri; neque tamen quisquam dixerit, eſſe ea majeſtati eſſentialia, ita ut ſalvo fine Civitatis nunquam ab ea poſſint eſſe ſeparata; Sunt enim omnia hæc jura majeſtatica, ſed accidentalia, non neceſſario, ſed pactis, uſu atque obſervantia majeſtati connexa. Ita ſane ſalvis meis Principiis, me non repugnante, jura circa ſacra, quæ hactenus collegialia voco, juribus Majeſtatis atque Superioritatis territorialis Principum Proteſtantium accenſebis, modo ea ex indole atque natura imperii neceſſario derivare caveris, modo imperio eſſentialia non dixeris, modo vi ea adverſus quoscunque, imo â quocunque Principe exerceri poſſe haud aſſerueris, id quod ſane omnibus religionis atque rationis principiis repugnare evidenter demonſtravi. Quod ſi privata atque ſingularia eſſe hæc jura dixerim, credas illa adhuc ſingularia atque privata manere, ubi in conſortium majeſtatis atque Superioritatis territorialis ſunt transfuſa; privata ſunt, ſi a ſingulis cœtibus religionis cauſa coadunatis ad ſacrum cultum commode obeundum exercentur; privata olim fuere, cum Chriſtianiſmus nondum Reipublicæ fuerit connexus; atque eatenus & verum eſt in ſe, tanquam privata ſi conſiderentur, ea nihil im-

perii continere; poſſunt tamen cum imperio exerceri' ſi juribus majeſtatis ſint ſociata, ſi à Principe exerceantur, qui *invitis conſcientiis nihil obtrudit*; Cumque hodie vix cum effectu absque imperio exerceri poſſint, vixque terminis ſuis contineantur, quo minus in imperium involent, ubi à privatis exercentur, inde apparet, ſapientiſſime, imo interdum neceſſario ea â Principibus ſibi vindicari, atque majeſtati coadunari, ubi abuſus aliter coerceri, ubi imperium aliter ſalvum eſſe nequeunt; modo ab iis id non fiat, quorum religionis principia non patiuntur imperio ea eſſe admixta, quique ſine ſacra tyrannide ea exercere nequeunt. Si quis vero comprehendere plane non poſſit, cur ejusmodi Jura Majeſtati haud ſtatuam eſſentialia, ille, quæſo, conſideret, me jus circa Sacra Principis oſſibus, ut ajunt, omnino adhærere, ejusque majeſtatis eſſentiale ſtatuere; ſed objecta tamen diſtinguere, quorum multa imperium haud patiuntur; quis enim, quæſo ægre ferret, ſiquidem defenderem, majeſtaticum jus non eſſe determinare, cui unusquisque conjugi jungatur, quale unusquisque vitæ genus eligere debeat, modum educationis librorum unicuique civium præſcribere, eruditorum commercia literaria diſponere, atque diſciplinis tradendis methodum tradere &c. Sunt enim infinita objecta, circa quæ diverſimode imperium verſatur, quæ licet omnia ſuo modo ſub imperio contineantur, imperii tamen coactioni atque viribus haud patent; ad quæcunque enim homines cogi nequeant, illa ſane immediate ex imperio regulam non accipiunt, per conſequens nec peculiaria jura majeſtatis directo ſundant; licet per indirectum ab imperio dependeant, quatenus Princeps cavet, ne quid iis detrimenti capiat respublica, neque leges atque ordines civitatis inde ſubruantur; imo quatenus Princeps interdum nonnulla circa ea diſponit, ſubditis volentibus atque approbantibus. At, inquis, cui bono hæc tam ſolicite diſtinguuntur? Reſpondeo, ſi nulla alia eſſet ratio, hæc unica ſufficeret, quod Princeps abſolutus in juribus Majeſtatis

ſtricte

Digitized by Google

illa dixeris, mihi perinde erit, cum nullus ex ſocietate pati poſſit, ea exerceri modo conſcientiæ ſuæ haud conformi §, 35. Ergo niſi cum omnium conſenſu exerceri nequeunt; ſi uni vel pluribus ex ſocietate ſive collegio exercenda commiſſa fuerint; neceſſe ſane erit, ut eandem cum collegio colant religionem; ſi enim diverſam profitentur religionem, ad hanc ſocietatem non pertinent, nihilque ipſi cum ea, quantum ad religionem, communionis, neque ergo ad unum eundemque finem tendunt, neque unitatem animorum, voluntatum, commodorum conjunctis cum ſociis hiſce viribus quærunt, quomodo ergo jura eorum exercere poterunt, ut ſalus religionis promoveatur? ut ordo conſervetur, ut ad unum eundemque finem omnia dirigantur! Imo & hoc inde evidentiſſime ſequitur, quod hæcce jura, licet uni licet pluribus exercenda commiſſa, per modum imperii in invitos exerceri nequeant: *in quantum ſcilicet exinde conſcientiæ libertas læderetur*; Nec Imperanti regulariter competere præſumuntur: hinc ſiquidem Imperantibus ea competant, erit id facti, hinc probandum: Imo & hoc ultro ſequitur, ſiquidem ergo Principi competant hæc jura collegialia, competere ipſi non qua Principi, *Nec Principi qua Principi,*

ſtricte ſic dictis exercendis omnia jure agat ex ſuo arbitrio, nequicquam ſolicitus de ſubditorum opinionibus, modo divinis legibus ea haud contraria judicet; quod ſi vero jura exerceat non majeſtatica, ſed collegialia, tantum abeſt, ut jure agat, ſi ſuum unice ſequatur arbitrium, ut ſtatim imperium in ſacram tyrannidem degeneret, niſi ratio habeatur ſubditorum perſuaſionum.

Digitized by Google

ſed ex conventione qua membro Eccleſiæ competunt.

pi, ſed qua membro Eccleſiæ, ideo ipſi collata vel ab ipſo vindicata, quia ipſi ſimul imperium competit, quo optime omnium ordinem Eccleſiæ conſervare poterit in iis, quæ imperio ſubſunt. Neque obſtat, quod Eccleſiæ membra omnia ſint æqualia; nullusque in alterum imperium habeat, hactenus enim probatum eſt, jura hæcce, quæ collegialia ſunt, nihil imperii in ſe habere; valeret etiam hæc objectio, ſiquidem id mihi demonſtrare animus eſſet; Imperantem neceſſario hæcce jura vi imperii exercere, vel quia primarium membrum Eccleſiæ conſtituit: oſtendimus enim hucusque nonniſi libere in Imperantem ab eccleſia transferri hæcce Jura, quæ naturaliter non niſi ſocietati huic, religionis cauſa ſociatæ competunt; quæ æque alii adſcribi e ſocietate poſſent, qui Imperans ſcilicet non eſſet; quæ olim Apoſtolis, poſtea Epiſcopis atque Presbyteris ab Eccleſia fuere concredita Act. XX. 2. Theſſ. V. 12. Ita enim nec Chriſtus in hoc mundo cum Imperio hæcce jura in ſuam Eccleſiam exercuit, nec ab Apoſtolis exerceri in propaganda, ordinanda Eccleſia voluit; hinc tanta ſollcitudine munus doctorum ab Imperantium munere diſtinctum voluit, cum Apoſtolis omne Imperium interdixerit Matth. XX, 28. (*p*) hinc neminem obtrudi ſuam

(*p*) Reges Gentium dominium gerunt, & qui poteſtate iſta ſumma fulgent, beneficiorum titulo ornantur. Abſit vero hæc ut Vos affectetis. Sed qui major inter vos eſt, ſit, ſicut junior, & qui res dirigit, miniſtrum ſe eſſe cogitet. Hinc ad oculum patet 1.) nullam Chriſtum Hierarchiam Eccleſiaſticam inſtituiſſe, ſed potius damnaſſe. 2.) Eccleſiam, quam Chriſtus formavit, imperio, coactione pœnisque externis in-

Digitized by Google

ſuam religionem voluit. Nec obſtat, quod ſecuturum ita ſit, Principem jura circa ſacra collegialia amittere, nec gerere poſſe, quoties membrum Eccleſiæ non amplius eſt, cui ſubditi ſunt addicti. Fateor omnino hoc regulariter ſecuturum; cum natura rei id expoſcat; impoſſibile enim eſt, ut illa ſocietas ſubſiſtere poſſit, quæ ab eo dirigitur, qui idem cum ſocietate non intendit, qui diverſos plane â ſocietate fines habet; qui adeo voluntatum atque animorum unionem in ſocietate hac promovere nequit, ut potius vi conſcientiæ ſuæ omni modo eorum animos disjungi cupiat. qui nequit communem omnium ſalutem quærere, cum nihil magis ipſorum ſaluti contrarium judicet, quam ea, in quibus tamen omnem ſuam ſalutem conſiſtere credunt membra ſocietatis.

dutam atque roboratam haud fuiſſe; quod vero hodie talia jura collegialia cum imperio exerceantur, id omne exinde originem trahit, quod hodie Eccleſiæ ſtatui Rerumpublicarum ſint connexæ.

§. 37.

Tantum abeſt jurium horum collegialium translationem in Principem eſſe irrevocabilem atque perpetuam, ut potius Principes illa adminiſtrare nequeant ſalvo ſuo officio ſubditis debito, ſiquidem *plane contraria* a ſuis ſubditis ſacra ſectentur. Cum enim lex naturæ requirat ut patiantur Principes unumquemque ſuorum ſubbitorum conſcientiæ libertate frui, ut cultui divino absque turbatione vacent; neque tamen facile hoc obtineri poſſit ſiquidem hæcce jura collegialia ab eo exerceantur, qui

Jura hæc in Principem translata irrevocabilia non ſunt, ex ſua natura.

ægre ſane non feret, ſe incapacem jam eſſe illorum jurium, quæ nec ipſe gerere, nec ſubditi commode admittere poſſunt. Neque enim dici poterit ſatis ſuperque ſubditorum conſcientiæ libertati caveri, quamvis Princeps proprio jure ex ſuprema poteſtate, nec ex Eccleſiæ commiſſione, jura hæc collegialia exercere dicatur, cum ſemper limites atque menſuram accipiant ex divinis legibus in omni juris exercitio obſervandis; Cum ita hæc poteſtas exerceri debeat, ne ordinationes ejusmodi â religione atque confeſſione, cui Eccleſia addicta eſt, alienæ ſint, quemadmodum id cautum eſt in Imperio vi art. V. §. 48. I. P. W. de quo dicendi locus erit, ubi ex jure publico Jus reformandi evolvemùs. Sed notandum eſt; unumquemque ſe ad ea obligatum eſſe credere, quæ conſcientia cuivis dictitat obſervanda; quid ſi jam conſcientia Principi odium religionis à ſe diverſe inſpiret, quid ſi perſecutionem, extinctionem ipſi imperet, nullis legibus contrarium judicabit Imperans, ſi vi in reluctantes ſubditos hæcce jura collegialia exerceat, continuæque lites atque turbæ neceſſario inde eſſent orituræ, Cum & illud accedat, quod Princeps abſoluto gaudens imperio, jus habeat ita imperium exercendi, quemadmodum ſoli DEO rationem de eo legitime adminiſtrato reddi poſſe perſuaſus eſt, jam ſi quid DEO haud repugnare crediderit, nihil obſtabit, quo minus exſequatur, quicquid reipublicæ commodum arbitratus fuerit, nec unquam in eo ſubditorum perſuaſionibus ſeſe accommodabit, nec ſeſe obligari ad id faciendum perſvadebitur, & quamvis & aliorum jurium majeſtaticorum abuſus liti-

bus

bus atque turbis patiendis aptus ſit, id tamen diſcriminis eſt, quod in cæteris abuſus ejusmodi a ſubditis facilius tolerari poſſint, tyrannidem vero ſacram nec ſemper teneantur, nec poſſint tolerare, ſiquidem conſcientia eorum inde læderetur. Atque vel exinde ſolummodo evidenter conſtat, vix cohærere eorum principia, qui hæc jura majeſtati eſſentialia defendunt, & tamen Principem in iis exercendis ſeſe populi perſvaſionibus accommodare debere aſſerunt, effectu enim deſtitueretur imperium, ſi Princeps *jure* ſeſe accommodare deberet populi perſvaſionibus, prudentiæ id interdium eſt, ſed non juris; vel inviti ergo hi autores largiuntur, jura hæc ex alio fonte, quam quidem ex imperii naturà derivanda eſſe. Abſit â me longiſſime, ut ulla in re turbatam vel imminutam velim Principum poteſtatem, ſupra enim ſatis manifeſte, ut arbitror, demonſtravi, Imperium, omnemque jurisdictionem imperii in omnia Reipublicæ membra, omnesque actiones, quæ imperio ſubjici poſſunt, incolumem ſartamqe conſervandam, nullum imperium nec jurisdictionem Eccleſiæ propriam, utpote cujus finis ab omni imperio atque jurisdictione abhorret, oſtendi enim jura hæc collegialia privata nec cum imperio connexa eſſe, nec per modum imperii regulariter exerceri poſſe: imo quandocunque imperio in juribus his exercendis vel locus eſſe poſſit, vel opus ſit, accedere debere Principis autoritatem, qui omnium harmoniæ invigilat, omnia jura tegit, ſartaque conſervare nititur, nec quicquam mali quocunque prætextu ulli inferri patitur. Manet ſane

ſartum

ſartum atque integrum jus Principum circa ſacra; ſed exolvenda tamen ſunt objecta, quæ eo referuntur, mereturque excuti exactius, quænam indoles imperii huic juri patiatur connexa, utque omnia ſuis claſſibus iſſerantur.

§. 38.

Conſiſtoriorum neceſſitas, quæ non niſi membra ejus Eccleſiæ admittunt cujus jura adminiſtrant.

Atque inde apparet, quam prudenter atque religioſe egerint Principes proteſtantes, cum ſub initia Reformationis, excuſſo Pontificis jugo, jura circa ſacra majeſtatica ſibi exercenda vindicaverint, atque a Cæſare Imperioque ſibi Pace religioſa confirmata acceperint, imo ſubditis volentibus & collegialia ſibi aſſeruerint, quod Conſiſtoria ut vocant, ordinaverint, quibus jura circa ſacra, maxime collegialia exercenda commiſerunt. Cum & juriſdictionem Eccleſiaſticam Majeſtati propriam illis conferre placuerit Principibus Proteſtantibus, id quidem facile largior, quoad hanc partem conſiſtoriorum neceſſitatem vix probari poſſe, cum vel ipſe Princeps immediate, ſive per alios quoscunque miniſtros illam exercere poſſit, niſi legibus fundamentalibus atque publicis ad certum modum ſit adſtrictus; Verum quantum ad exercitium jurium collegialium, nunquam â me impetrare potui, ut perſvaſus fuerim, nullam eſſe hic Conſiſtoriorum neceſſitatem. (q) Cum enim jura collegialia exerceri

 ne-

(q) Fateor argumenta, quibus Chriſtianus Weberus in tract. de jure Conſiſtor. utitur, ex ſacra ſcriptura depromtis, pondere plerumque deſtitui; negari tamen nequit, apparere ex presbyteriorum conſtitutione, ab Apoſtolis paſſim in Eccleſia facta, qualem rationem jura collegialia adminiſtrandi optimam judicaverint

nequeant, niſi vel ab omnibus vel â pluribus, vel etiam interdum ab uno Eccleſiæ membris §. 36. cum denique plures in unaquaque Provincia, terrisque ſingulis uni Principi parentibus, religiones obtineant, vel obtinere poſſint, atque Principes ſacra mutare, aut ſucceſſores habere poſſint aliis ſacris addictos, impoſſibile erit, ut Princeps ipſe in ſingulos eosque a ſe plurimum diverſos cœtus hæc jura exerceat, ut finis cuivis cœtui proprius rite, quantum poſſibile eſt, promoveatur; maxime ubi vi religionis ad abolendum alterum cœtum, a Principis religione diverſum, ſe obſtrictum exiſtimaverit Princeps. Num putas poſſe cœtum aliquem religionis cauſa ſociatum talia jura hæreditario modo in Principem transferre, vel Principem ſibi ſuisque ſucceſſoribus ea hoc modo appropriare, ſalvo ſuo officio ſubditis debito? Ego ſane non arbitror, quanta enim ſit neceſſitas Conſiſtoriorum proteſtantium ſubditorum in terris Principum Catholicorum poteſtati ſubjectis, experientia loquitur; hinc publica Imperii autoritate ea ſubinde inuenimus conſtituta. Quod in civitatibus imperialibus conſi-

Apoſtoli, menti Chriſti convenientiſſimam, hinc merito omnibus imitandam conf. Act. XX, 28. 1. Tim. III, 5. 14. 15. Tit. I, 5. 1. Cor. XI, in f. 1. Petr. V, 1. 2. 3. Verum quidem eſt, presbyteria ab Apoſtolis ordinata, à conſiſtoriis noſtris longiſſime differre, cum illa nec jus dixerint, nec Magiſtratus officio functa fuerint; ſed nihil inde ſequitur, quam quod quoad hanc jurisdictionis partem Conſiſtoriorum nulla cum presbyteriis nec convenientia nec neceſſitas ſit, id tamen quantum ad collegialia jura attinet, nunquam probabitur.

Digitized by Google

conſiſtoria plerumque non deprehendantur, mirum non eſt, cum perſonæ Magiſtratus, conſiſtorii munere fungentes, ſemper illi religioni ſint addictæ, quam cives profitentur, ut ſemper Eccleſiæ membra conſtituant, nec majus ab iis, quam â conſiſtorii membris cœtui periculum immineat, hinc & novimus in iis civitatibus, ubi mixta eſt religio, ſenatusque ex diverſæ religionis membris componitur e. g. Evangelicis atque Catholicis, quoties cauſæ conſiſtoriales atque religionem concernentes coram Senatu tractantur, eos haud admitti, qui illi religioni haud addicti ſunt, cujus res tractantur. Hinc etiam patet, quanta certitudine id poſſit aſſeri: Conſiſtoria ſeu Eccleſiaſtica judicia non neceſſario a Principe eſſe conſtituenda, ſed eorum diſpoſitionem ab ejus dependere arbitrio; Ergo poſſet illa etiam abrogare, ſi commodum ipſi id viſum fuerit, ergo poſſet membra ipſis conſtituere pro ſuo lubitu ex quacunque religione, niſi legibus publicis, niſi pactis impediatur. Sed ex antecedentibus apparet, quid de hoc ſit habendum. Id enim facile conceditur, jurisdictionem, utpote majeſtati propriam, à Principis dependere arbitrio, neceſſario Conſiſtoriis haud competentem, niſi legibus, niſi pactis aliter fuerit ſancitum, ſed quantum ad jura collegialia attinet, hactenus dicta evincunt, illa ab Eccleſia ſive cœtu Eccleſiaſtico dependere, cujus jura adminiſtrant, ſalvo imperio Principis, ſalva ab eo de cætero dependentia, utpote qui omnibus imperat. Majori etiam evidentia jam apparet, quanta neceſſitate, quantaque prudentia ex Theologorum atque politico-

Digitized by Google

rum ordine nonnulli conſiſtoriis præficiantur, cum enim omnis cœtus Eccleſiaſticus ex duplici hominum genere conſiſtat, docentium atque auditorum, facile neminem excludi poſſe a cura ordinis in Eccleſia conſervandi, patet.

§. 39.

Tantum ergo abeſt ut religionis indoles requirat iis tribui imperii ſpeciem, quibus cura religionis aliis inſtillandæ eſt commiſſa, ut potius nihil fere religioni magis adverſum ſit ad fines ſpirituales conſequendos, quam imperium; Doctoris enim cum ſit docere, illius erit, quovis modo aliis veram de DEO rebusque divinis cognitionem ingerere, cognitio aliter aliis ingeri nequit, niſi perſvaſionibus, niſi rationibus, vi atque coactione ne quicquam hic efficitur. Doctoris eſt, ad virtutem alios excitare, vi atque imperio id quidem effeceris, ut alter vi majoris mali tantisper tuis obſequatur monitis, licet invito animo, repugnante voluntate, quæ aliud facere præoptaret, ſed ſi virtute agi debeat, neceſſe eſt, ut agnoſcat ea DEO grata eſſe, ad quæ agenda admonetur, ut deſiderio flagret, ea expediendi, quæ DEI voluntati convenire judicat, ut divinis delectetur perfectionibus, quibus mens ejus capta non poteſt non ſtimulari, id quod vi fieri nequit. Ita ſane nec pœnitentiam, ad quam Doctoris pariter eſt exhortari, vi extorſeris, utpote quæ cum de admiſſis dolet, contriſtatur, gratiam divinam anhelat, omniaque DEO adverſa exhorreſcit, non niſi intellectus cognitionem, indeque voluntatis niſum ſtudiumque

ſupponit,

Digitized by Google

ſupponit, vi haud quaquam efficiendum. Ad Sacramentorum adminiſtrationem ſi imperio opus eſſe credideris, vereor ne omnem vim atque efficaciam Sacramentis auferas; divinæ enim promiſſiones, fidei ſalutisque conſequendæ certitudo, peccatorum remiſſio, Spiritus S. conceſſio, unioque cum Chriſto, vi ſane haud comparantur, nec invitis obtrudantur, ſed ſponte currentibus, pœnitentibus, divinamque ſalutem anhelantibus obtingunt. Quod ſi vero quæratur: Num imperio opus ſit, ad impediendum, ne mali atque ſceleſti homines cœtui ſanctorum interſint, ne participent de Sacramentis, bonisque cœleſtibus, ne turbent ſacra, aliisque ſeductionis pericula creent &c. fateor tale jus Eccleſiæ denegari non poſſe, quo ordini ſuo conſervando, finibusque a ſe intentis obtinendis invigilant Eccleſiæ membra; qui enim jus habent ſocietatem, collegium quoddam conſtituendi, illis etiam jus erit ſocietatem hanc conſervandi, à malis imminentibus protegendi, ſuisque finibus convenienter agendi, ſed ſi coactione, ſi pœna hic opus fuerit externa coactione infligenda (ſi quis enim ſponte alicui pœnitentiæ, pœnæque Eccleſiaſticæ ſeſe ex devotione ſubmittit, aliter erit dicendum) id propria autoritate facere nequit, cum omne jus vindictæ privatæ atque coactionis in Imperantem translatum fuiſſe ſupra demonſtraverimus §. 8. Niſi ſpecialiter id ab imperante fuerit conceſſum, vel in conſtitutione Reipublicæ talis poteſtas reſervata, imperioque civili exemta.

PARTIS PRIMÆ

CAP. III.

De Objectis atque effectibus juris Reformandi.

§. 40.

Quantopere circa regimen Eccleſiaſticum fuerit variatum.

ATque exinde jam pateſcere poteſt, quibus partibus jus Principum circa ſacra abſolvatur, quantopere in exercendis hiſce juribus variari poſſit; quantas vires Eccleſia acceperit, poſtquam civili ſtatui immixta fuit; quantæ labes corruptiones, perſecutiones inde ipſi metuendæ veniant; Quanta enim mala religionem olim oppreſſerint, ſacram tyrannidem ubique Clero affectante, hiſtoria docet, hodieque adhuc experientia loquitur. Quantæ lites poſt reformationis tempora totam fere pervaſerint Europam, non niſi rerum ignaros latere poteſt. Quot formas induerint jura hæc varie inflexa atque diſtributa, vix dici poteſt, cum Epiſcopalis diſciplina in Anglia adhuc obtineat; Obtineat apud Batavos presbyterialis: Lutheranis ſic dictis ex Epiſcopali atque Presbyteriali mixta forma placuerit: juribus collegii communi omnium conſenſu Quackeris, atque apud Belgas Mennonitis exerceri ſolitis. Licet vero, quamcunque ex his elegeris Eccleſiæ adminiſtrandæ formam, ſacer dominatus tyrannisque Eccleſiaſtica ubique fere animos invadere, abuſusque irrepere poſſint, nec fere ulla

in

in ré faciliores ad abuſus hominum animi deprehendantur; id tamen ſingulare beneficium merito reputandum eſt, ſi jura majeſtatica illæſa atque intemerata conſerventur, nec vinculis ſuperſtitionis, Zelique intempeſtivi animoſitate ligata vel laxata medelam hiſce abuſibus abolendis, moderandis adhibere inhibeantur; ſed cavendum tamen ſummopere erit, ne & hic laquei hominum conſcientiis immittantur, quod cum penitius mihi indagare conſtitutum ſit, dum juri reformandi, quod Principibus competit in cauſis religionem concernentibus, aliquam impendere operam e re viſum mihi fuit, agedum videamus, quibus hisce principiis ſuppoſitis, tóta res abſolvi poſſit.

§. 41.

Difficultates quibus jus reformandi involvitur?

Exiſtimo autem omnino id artis eſſe demonſtrare, quænam talia ſint, quæ juri Imperantis reformandi circa religionem ſubjacent, cum enim infinita ſit opinionum hominum diſcrepantia, variaque veritatis perceptio, id quod uni vitium videbitur, alter virtutem æſtimabit, quod ego abuſum eſſe crediderim, alteri uſus optimus reputatur; cum tanta religionum varietate, ſtatus civitatis intertexatur, quanta florum diverſitate campi exornatur, eaque hominum indoles ſit, ut vix æquis ferant oculis, ſi alio lumine intellectus, aliaque alter mentis ducatur perſvaſione, quam quidem nos a prima infantia hauſimus. Hinc inſatiabili rapi quasdam cupiditate animadvertimus, habendi in ſuo cœtu proſelytos, aliorum ſacrorum deſertores; vi, fraude, precibus, præ-

 miis,

miis, vexationibus continuis, imo & coactione atque torminibus ſyrtes & ſalebras, ad quas in hoc genere conſilii capiendi impingere ſolent, tolli videas ſæpiſſime. Nos cum jura Imperantium, quæ circa ſacra verſantur, duplicis eſſe generis evicerimus, facile animadvertimus eandem rationem eſſe juris Reformandi, utpote partis juris circa ſacra: hinc diſtincte exponemus ea, quæ reformare Principi integrum eſt vi majeſtatis ipſi competentis, & ea, quæ non niſi tanquam membrum Eccleſiæ, omnium Eccleſiæ membrorum conſenſu ſive tacito ſive expreſſo, vel ſaltim plurium, in melius mutare poterit.

§. 42.

Quanam reformare Imperans poſſit in Theſi?

Generaliter indicavimus ſupra, quousque ſeſe extendat Jus Principis circa ſacra majeſtaticum §. 31. Adſtruximus etiam ex principiis evidentibus jus ejus puniendi, & quousque ſeſe extendat, indicavimus §. 19. Id ergo exinde inferre licebit, quod omnia ea reformare, atque tollere poſſit e Republica Imperans, quo ſinguli cives atque univerſa ſocietas læduntur, & quo minus officio ſuo fungi poſſint, impediuntur; jus ergo habebit Imperans omnia ea dogmata reformandi, prohibendi, tollendi, eosque puniendi, qui contra ejus mandata aſſurgere auſi fuerint, quibus ſecuritas atque tranquillitas publica labefactatur, vinculum ſocietatis diſſolvitur, cives in mutuam ruinam perniciemque armantur, cum enim ideo respublicæ ſint conſtitutæ, ut omnium ſecuritati proſpiciatur, cum ſingulorum læſionem avertere, imo factam punire debeat Imperans

§. 19.

§. 19. Ea etiam avertere, ea punire poterit, quibus tota ſocietas læditur: Hinc Atheiſmus, hinc eæ doctrinæ, quibus omnis religio ex animis hominum evellitur, tolerari in republica nequeunt, cum enim Atheiſmus omnem tollat religionem, ſine qua tamen nulla respublica conſiſtere poteſt; atheus ſane tanquam omnium inimicus, qui communis felicitatis atque ſecuritatis fundamenta ſubruit, reſpici poteſt, hinc nec in ſtatu naturali tolerari poſſet, quod ſinguli vero in ſtatu naturali â ſe avertere poſſunt, id Imperantis in ſtatu civili eſt officium cui omnium ſalus defendenda commiſſa eſt §. 19. Siquidem enim ſalus publica ſaltim pœnis civilibus contineretur, ſi affectus atque vitia hominum ſaltim imperio externo cohiberentur atque reprimerentur, quotusquisque quæſo à criminibus patrandis ſibi caveret, ſiquidem ſpes ipſi eſſet, in occulto ea patrandi, aliisque mediis, pœnas civiles eludendi, evitandi; quid, ſi animi hominum divino amore atque timore haud imbuti ſint, vix ulla ad virtutem propenſio, vix ullum affectuum atque vitiorum torrenti ſiſtendo remedium, non dicam de eo, quod juramenta, tantopere ſaluti publicæ inſervientia, nullum amplius habitura eſſent effectum, ſiquidem religionem vel tollas, vel ſaltim dubiam reddas.

§. 43.

Fateor rem omni fere difficultate carere, ſiquidem in theſi reſpiciatur, quod ſi vero ad hypotheſin ſive applicationem progresſus fiat, deque eo quæratur, quisnam ſit pro atheo vel tali *Quales ejus difficultates in hypotheſi ſ. applicatione occurrant?*

tali habendus, qui omnem religionem ſubruit? plena ſane res erit difficultatis, non niſi animo affectibus atque præjudiciis vacuo evolvenda, omni prudentia atque cautione tractanda. Equidem vix majora ad reſpublicas redundavere mala ex ipſo atheiſmo, quo unus alterve forſan fuere infecti, quam ex male conſulta atheiſmi inſimulatione, qua fit, ut homines perſpicacis plerumque ingenii, quos omnes ut eruditos æſtimat Orbis, atheiſmi ſuſpecti reddantur; atque ita mirantur homines, perſpicaciſſimos plerumque hominum atheiſmo involui, ſuſpicantur non absque omni ratione eos agi, hinc & ipſi dubii atque fluctuantes ſenſim ſenſimque evadunt, avidis manibus quærunt, arripiunt ejusmodi libellos, & licet non niſi ſpectra atque ſomnia ipſorum oculos atque animos ſtringant, tamen interdum capiuntur, atque ita liberioribus cogitatis aſſueſcunt, dubiisque indulgent, quæ omni fere tempore malis moribus, atque vitæ improbitate gravida animadvertere licet. Hinc & eo jus reformandi principum ſeſe extendit, ut omni modo caveant, ne homines ad crimen atheiſmi aliis inurendum, faciles ſint, ne ad alios anathematizandos, atque hæretificinam exercendam provolent, ne ſchiſmata, ne turbæ oriantur, non niſi maximis Rerum publicarum concuſſionibus finiendæ.

§. 44.

Id autem melius non obtinebitur, quam ſi eos haud toleret in Republica, aut graviter puniat, quicunque perſecutionis œſtro ob religionem agitantur. Cum enim ejusmodi homines quie-

quietam nunquam patiantur eſſe Rempublicam; cum in eos omnibus malis graſſentur, qui nullo alio crimine ſe conſpurcarunt, aliisque ſe inviſos reddidere, quam quod aliam ab aliis circa religionem mentem ſequantur, idque ideo ut de DEO ſentiant, eoque modo ipſum colant, quemadmodum ejus voluntati optime id convenire judicant; quia ad id obſtrictos ſe eſſe exiſtimant, nec aliter æternam ſalutem ſe conſecutoros non raro ſibi perſvadent. Jam cum nemo in alterum ratione ipſius religionis imperandæ, cogendæ, quicquam habeat, aut habere poſſit poteſtatis §. 21. Quotiescunque ideo malis alterum afficit, quod aliam a ſe circa religionem habeat mentem, absque ullo jure agit, per conſequens alterum lædit atque impedit, quo minus officio ſuo fungi poſſit; ſi in ſtatu naturali homines poſiti eſſent, quovis modo ſe ſuamque religionem adverſus perſecutores defendere poſſent §. 22 Ut omnium autem jura ſarta tectaque ſerventur in Republica, Imperantis eſt, cujus eſt omnium ſecuritati proſpicere, neque pati, ut quisquam civium lædatur §. 19. Hinc non minus Imperans eos punire poterit, qui ſpiritu perſecutionis feruntur, quam eos, qui ad latrocinia, homicidia aliaque crimina publice populum exhortantur; cum perſecutores ejusmodi non minus ipſius Principis, quam omnium ex populo ſaluti, ſint extimeſcendi; fac enim Principem ſuæ indulgere conſcientiæ, eadem, quæ cives & ipſum mala quæque expectant, non niſi vi inhibenda. Nec dicam(r) de

An illi tolerari poſſint, qui perſecutionis oeſtro agitantur?

(r) Optime hæc expreſſit Anglus in libro, cui tit. The rights of the Chriſtian Church aſſerted againſt the Romiſh and all other Prieſts &c. qui tantos mo-

Digitized by Google

de aliis perſecutionis malis graviſſime Rempublicam ubicunque illa obtinuerit, infeſtantibus. Si nihil quicquam ſane primis Reformatoribus faveret, id unicum urgentiſſimum fuiſſet ad jugum Pontificis excutiendum.

tus in Anglia excitavit, & cujus autor quidem Advocatus nomine Tindal fertur eſſe, cujus mentem Gallice interpretatus eſt Joh. Clericus in Biblioth. Choiſie Tom. X, p. 31. his verbis: „Les perſecuteurs ſeuls, qui ne ſont ebranlés, ni parpitié, ni par „d' autres conſiderations, qui deſarment frequemment, d' autres Criminels, continuent leurs Cruantés non ſeulement jusqu' a ce, qu' ils aint fait „perdre aux hommes tout ſentiment de vertu, en „detruiſant en eux la bonne conſcience, qui eſt la „plus grande Sureté, que les hommes puiſſent avoir les un des autres; mais encore, qui les faſſent blaſphemer, & outrager Dieu lui meme par „une horrible diſſimulation. Ainſi la perſecution „renferme touts les Crimes imaginables, en detruiſant la fin de la religion, l' honneur de Dieu, & le „bien du genre humain, pour l' avenir, auſſi bien, „que pour le preſent.

§. 45.

Num puniri poſſint, ſi vi Conſcientiæ ſe ad hæreticos perſequendos obligari credunt?

Quid ſi vero ipſa religio; quid ſi conſcientia perſecutoribus talia principia inſpiraverint, ut vi conſcientiæ ſe ad hæreticos perſequendos credant eſſe obligatos; (s) quid ſi DEO gratius ſacrificium

(s) Jure quis hic applicaverit illam exclamationem autoris de l' eſprit des Cours pour l' année 1709. mois „de Septemb. p. 582. Pourquoi faut il, que le „culte au lieu d' en chainer la paſſion, l' opinion, „la ſuperſtition, l' orgueil, l' hypocriſié, enſoit la „ſource, â la verité, la plus innocente, mais auſſi „la plus ordinaire & la plus feconde? *La verité*

Digitized by Google

crificium offerri haud poſſe arbitrati fuerint, quam quidem quovis modo a communi Eccleſiæ doctrina diſſentientes reducendo, quam ordini in Eccleſia ſtabilito adverſantes atque rebelles, ad obſequium redigendo, quod ſi precibus atque adhortationibus obtineri nequit, vi, fraude, pœnis & malis atrociſſimis quibuscunque intentatis id fiat, perinde eſſe ducunt; An adhuc Imperanti integrum erit, eos cogere, ut deſiſtant, eosque pœnis coërcere, cum oſtenderimus ipſi Imperan-

„ *ſalutaire n' eſt* elle *donec deſcendue* du *Ciel*, *que* „ *pour etre aux habitans de nôtre Globe une occaſion* „ *perpetuelle d' erreur*, *de guerre*, *de diviſion*? De „ tous les myſteres revelés je n' en vois point de „ plus incomprehenſible, que celui là, ni qui ſoule- „ ve plus la raiſon humaine. Le Createur, le Pere „ commun veut bien ſe communiquer à l' homme „ ſon image - - - - & cependant il permet, que „ ſa divine lumiere tourne occaſionellement au mal- „ heur de presque tous les hommes. Quis crederet „ verba hujusloci minuſculis paululum literis expreſſa: La Verité ſalutaire &c. memoriæ ergo in certa collectanea congeſta anno decimo quinto hujus ſeculi occaſionem dediſſe Tribunali Petricovienſi in Polonia, adverſus autorem horum collectaneorum Sigismundum de Unruh Nobilem *Polonum*, Diſſidentium partes ſectantem, tale decretum publicandi, quo dextra ejus manus igni tradi, lingua per cervicem extracta præcidi, & caput amputari jubetur, utque liber Unruhianus Manuſcriptus infamibus flammis exureretur, altera bonorum parte fiſco regio, altera vero actori ceſſa. Id quod quoad librum manuſcriptum executioni datum fuit, Unruhio abſente, exuſto ſimul Platinæ libro de Vitis Pontificum, & aliis quibusdam, e quibus nonnulla excerpſerat, vid. Sendſchreiben von dem Zuſtand und Drangſaalen der Diſſidenten in Pohlen ed. 1719. in 8.

peranti nihil in conſcientias ſubditorum juris eſſe? Neque id magis ægre ferendum videatur hiſce hominibus perſecutionis Zelo inflammatis, quam quidem illis, quibus propria conſcientia a communi doctrina diffidere, atque ab ordine in Eccleſia ſtabilito recedere jubet. Sed puniri eos â Magiſtratu nihilominus poſſe, vel quovis modo prohiberi, ne alios perſequantur, vel republica ejici, exinde evidenter apparet, quia officii Imperantis eſt, ne patiatur ſubditos ſuos a quoquam malis affligi, ut eas defendat, protegat; quid ſi enim homines in naturali ſtatu viverent, num putas poſſe aliquem adverſus ejusmodi Perſecutorem, vi conſcientiæ licet ad mala mihi inferenda actum, ſeſe defendere, vim vi repellere? Ego omnino id fieri poſſe arbitor, nec ullam fore gentem exiſtimo, quæ ſi ita ab altera invaderetur, optimo jure vim vi repulſura non eſſet, oſtendimus autem §. 19. ſeqq. jura ſingulis ſtatu naturæ competentia, exerceri deberi, niſi ſuo deeſſe velit officio. Neque enim adverſus furioſum, ebrium, neque errantem, mihi mala vel mortem intentantem defenſio violenta jure naturæ interdicta eſt, quamvis malam mentem non habeat, cum non tam ex delictis, quæ alter committere videtur, quam jure me conſervandi, protegendi, defendendi, quo jure naturæ gaudeo, omnis hæc facultas menſuram ſuam capiat. Novimus ex relationibus itinerum Sinenſium dari in India quoddam genus hominum, Macaſſars dictum, quod furioſo Mahummetiſmi Zelo excitatum omnes eos occidere ſolet, qui ipſi obviam occurrunt; num putas obvios factos ideo ſe defendere

fendere non poſſe, quia Zelo quodam, quem ſacrum credunt hi homines, percelluntur? ſiquidem hoc eſt, non magis crediderim beſtiis voracibus, lupis atque leonibus nos devorare geſtientibus, reſiſtere nos poſſe, cum naturæ inſtinctum ſequantur abipſo DEO ipſis inditum; qui non minus ſacer eſt, quam cœcus atque furioſus ejusmodi hominum zelus alios perſequendi. Sed quis quæſo dixerit eodem modo comparatum eſſe cum diſſentientibus à dominante religione, quos perſecutoribus hæreticos appellare moris eſt, qui ſecum habitant, boni civis officia de cætero obeunt, nemini inferunt injuriam, ſuo quemque patiuntur frui jure, bonis, conſcientia, religione, quique in eo ſaltim à cœteris differunt, quod alio modo ctedendum eſſe DEUM arbitrentur, in quo unam eandemque omnium voluntatem in civitate haud conſervari, neque pacto in alium hac de re diſponendi poteſtatem transferri poſſe demonſtravimus §. 21. Hinc nulla etiam cogendi poteſtas ad alium redundare poteſt, ubi nec pacto neque jure naturali vi aliquid ab altero exigendi jus cuiquam competit.

§. 46.

Num barbaras conſvetudines religioni admixtas reformare poſſit Imperans per vim Imperii?

Neque magis Imperantis poteſtas limitata erit circa alios abuſus, religionis prætextu Rempublicam inficientes atque turbantes, ſiquidem ſane omni rationi principiisque juris naturæ communibus repugnaverint, modo tamen aliquid detrimenti ad rempublicam inde redundet, modo Cives inde impediantur, quo minus boni civis officiis alias rite vacare poſſint. Cum enim Imperantis

perantis ſit ſalutem publicam promovere, cum ejus etiam ſit, omnia removere impedimenta, quibus publica ſalus ſuſtinetur, modo nulli fiat injuria: quis male a Tiberio olim factum arbitraretur, quod ſacrificia hominum Romanis, conſueta quod cultum crudelem pariter atque Reipublicæ naturæque contrarium proſcripſerit; jus enim unicuique eſt, prohibere ne innocentes occidantur, atque cruciatibus afficiantur, multo magis Imperantis erit, quovis modo id a ſuis ſubditis avertere; nec unquam conſcientiæ vis, furor ſive error immunitatis privilegium his in caſibus largiri poteſt. Neque ægre ferendum eſt Senatui Romano, quod Bacchanalia olim Romæ atque in tota Italia abrogaverit, feſtum omnium impuritatum atque vitiorum generibus jucundum, atque Reipublicæ ejusque quieti infeſtiſſimum, multis turbis rebusque novis inde inſequentibus Livio teſte L. XXXIX. Cum ſupra neceſſitatem imperii in qualibet ſocietate oſtenderimus § 8. cum imperium in unitate voluntatum atque virium omnium reipublicæ membrorum conſiſtere probaverimus §. 8. id ſane juris imperanti, ſive (ne limitatum perſonæ hujus vel illius imperium pro abſoluto, omnique Reipublicæ independenti, proprio capias) cuivis civitati independenti competit, nulloque religionis prætextu extorqueri poterit, quo prohibeat, ne Eccleſiæ doctores, ſive quicunque alii Reipublicæ cives religionis prætextu omne imperium civile exuant, in rebus religionem non lædentibus, ſeque ſubdant alii Magiſtratui ab imperio civili Reipublicæ non dependenti, cum enim rebellionem hoc maniſeſtiſſi-

mam ſapiat, nullo ſane religionis prætextu colorari aut juſtificari poteſt, ſiquidem laicorum religio nunquam impedit, quo minus ſubeſſe poſſint imperio civili, ſane nec perſonarum, quas dicimus Eccleſiaſticas, religio, ab illa haud diverſa, obſtabit, quo minus ejus ſeqantur arbitrium, qui omnia ad unum revocat, harmoniamque efficit in civitate admirandam illis in rebus, quæ alterius arbitrio committi poſſunt. Dic facile Imperantium poteſtatem ad ea extendi, quæ conſcientiam lædunt; & id habebis reſponſi, idem & ab aliis metuendum eſſe periculum; Neque enim a Turcarum Imperatore (*t*) neque ullo fere infidelium

F

(*t*) Memoratu hinc dignum eſt, quod de Solimanno II. Turcarum Imperatore referunt Hiſtorici, atque inter eos Charles Ancillon de la Vie de Soliman II. Empereur des Turcs. „ On raconte, que le Mufti, l' „ exhortant un jour â bannir les Chretiens & les „ Juifs de ſes etats, en cas de refus de ſe faire Muſelmans, il lui montra un parterre emaillé de fleurs, „ & lui dit, que cete diverſité etoit agreable, & „ charmoit les yeux: qu' il en étoit de meme â l'égard des religions; qu' elles contribuoient toutes „ au bien, & à la puiſſance de l' Empire, & qu'il „ ne vouloit faire aucune violence â ſes jujets, tant „ qu' ils ſe contiendroient dans l' obeiſſance & la ſoumiſſion. A la honte des Princes Chretiens, ils n' „ ont pas tout la meme equité,„

Ex primis Imperatoribus Chriſt. merito ſane rubore ſuffundit Papam ejusque Sectatores Valentinianus, de quo Ammianus Marcellinus LXXX. c.9. *inclaruit*, inquit, *hoc moderamine Principatus, quod inter religionum diverſitates medius ſtetit; nec quemquam inquietavit, neque ut hoc coleretur, imperavit, aut illud; nec interdictis minacibus ſubjectorum, cervicem*

lium Principe tanta perſecutione, atque in conſcientiis tyrannide unquam concuſſam fuiſſe religionem atque Eccleſiam legimus, quam quidem a Pontifice Romano, qui quidem aſſerendis Eccleſiæ juribus, iisque contra Principum Secularium molimina defendendis a DEO ſe conſtitutum, totius Hierarchiæ Eccleſiaſticæ Monarcham eſſe credi deſiderat, Quot quæſo exempla hiſtoria nobis ſuppeditat Cæſarum, Regum, atque Principum, quorum ſubditi omni erga eos fide atque obſequio a Pontifice Romano fuere liberati; fac ſubditos revera conſcientiam ab ulteriori obſequio revocare, ſuppone Ravailliacum revera conſcientiæ ſtimulo ad mortem Regi ſuo Henrico IV. inferendam incitari, quem hæreticum eſſe crediderat; num vi refrænari, num coërceri, num ad obſequium reduci hosce homines non poſſe putas contra conſcientiæ eorum dictamen? Nihil ſane hic operabitur privilegii conſcientiæ Vis. Siquidem rationem aſſerti deſideraveris, attendas velim ſupra dictis, & facile tibi ſatisfiet; quia nemo ſe ab alio lædi, ſeque impediri pati tenetur, quo minus jure ſuo uti poſſit; §. 4. Poteſt unusquisque frui conſcientiæ libertate, ſed neminem

ad id, quod ipſe coluit, inclinabat; ſed intemeratas reliquit has partes, ut reperit, Hinc in Codice Theodoſ. L. IX de maleficis & Math. hæc ipſius habetur conſtitutio: *Neque aliquam conceſſam a Majoribus religionem genus eſſe arbitror criminis. Teſtes ſunt leges a me in exordio imperii mei datæ, quibus unicuique quod animo imbibiſſet, colendi libera facultas tributa eſt. Nec haruſpicinam reprehendimus, ſed nocenter exerceri vetamus.* Quamvis ergo unicuique liberam reliquerit religionem noluit tamen cuiquam ea noceri,

minem ut lædat neceſſe eſt; alias enim error con-conſcientiæ patrocinium contra jus alterius nemini præſtabit.

§. 47.

Num diſſentientes à dominante religione tolerari debeant in Republica?

Quotiescunque ergo religionis prætextu, ſive quis vere in conſcientia ſua ita perſuaſus ſit, ſive non, alteri injuria infertur, toties Imperans jure Imperii uti non prohibetur, ad talia inhibenda, coërcenda, punienda. Quod ſi vero quis ſuam ſequendo conſcientiam atque religionem, quiete ſe gerat, nulli moleſtus, nemini injurius, num ideo Republica expelli poterit, quia diverſum â Civium aliorum ſive Imperantis religione colit? Si quis ea conditione ſocietatem inierit, illique adſcriptus fuerit, ne aliam, quam Patriam ſectetur religionem, illum expelli ſocietate poſſe, ſiquidem poſtea nihilominus ſacra mutaverit, ſupra adſtruximus §. 24. cum id promittere in ſua poteſtate fuerit; ſed ſalva tamen conſcientiæ libertate ut id fiat, neceſſe eſt; ſaluis etiam ſuis juribus cum ſocietate neceſſario haud connexis. Sed ſi ſub ejusmodi conditionibus ſocietates non coaluere, ſi nullæ hac de re leges publicæ extent; quid juris erit, ſiquidem nonnulli inventi fuerint, qui diverſam a Principis ſive dominante religione profitentur, quique a receptis hactenus doctrinis atque publico religionis exercitio recedunt? Sane ſiquidem a principiis §. 22. 23. 24. demonſtratis recedere nolimus, vix aliter dici poterit, quam ipſos tolerari debere, ubi quiete ſe geſſerint, neminemque turbave-

 rint.

rint, (*u*) Cum enim religio imperio ſubdi nequeat §. 23. cum unusquisque jus habeat eam ſequendi religionem, quam optimam, DEIque voluntati conformem judicaverit §. 24. qui jure ſuo utitur, nemini faciet injuriam, contra leges enim civiles non impingit, fidem datam non violat, cum nec promiſerit nec promittere potuerit, ſe nullam unquam aliam religionem amplexurum eſſe; num ergo innocentem ab Imperante republica

(*u*) De religionum tolerantia ante omnes alios meretur conſuli Noodtius du droit des Souverains & de la liberté de conſcience en deux diſcours traduit du Latin par Iean Barbeyrac Amſt. 1707. 8. Latine tractatus, ab ipſo autore confectus reperitur in ipſius operibus. conf. Biblioth. Chois. T. X. p. 231 Joh. Lockii duæ epiſtolæ de tolerantia, quibus acceſſit tertia de hoc argumento epiſtola. Vide ipſius Oeuvres diverſes Roterdam. 1710. 8: & Biblioth. univerſelle. T. 15. p. 402. ſqq. Utriusque tractatus Germanicæ etiam verſiones extant notis auctæ. P. Bælii Commentaire Philoſophique ſur ces paroles de Jeſus Chriſt: contrain les d'entrer; ou traité de la tolerance univerſelle 2. Tom. Refutavit librum anonymus, qui eſt P. Jurieu ſubtit. Des droits de deux Souverains en matiere de religion la conſcience & le Prince, pour detruire le dogme de l'Indifference des religions & la tolerance univerſelle: Porro Elias Saurinus in reflexions ſur les droits de la conſcience Utrecht 1697. 8, it. Philippus Naudæus Berolinenſis, cujus habetur refutation du commentaire Philoſophique &c, 2. Tom. Berlin 1717. 8. taceo Basnagium alioſque; interim Bælium revera hujus commentarii autorem eſſe, de quo ab initio dubitatum fuerat probat Joh. Clericus in Biblioth. choiſie T. XII. p. 208, Si quis alios aveat ſcire ſcriptores adeat Cel. Pfaffium in Hiſtoria liter. Theolog. T. II. p. 19. ſqq.

Digitized by Google

blica expelli poſſe exiſtimas, cui debetur protectio, ſecuritas atque fides? Num ſaluo ſuo officio Imperantem ſive Rempublicam ejusmodi homini fidem datam fallere poſſe perſuaſum tibi eſt? Num vim vi repelli poſſe putas, cum uno fidem non ſervante, nec alter teneatur ſervare; cum ſibi ſubditum hunc eſſe hominem ulterius nolit Imperans, maxime cum jam impediatur, quo minus jure ſuo frui poſſit, nullo ſuo merito ſibi auferendo? Fateor duros hos eſſe nodos, non niſi gladio Alexandri ſecandos. Dic enim Imperantis non minus eſſe officium, ut veræ religioni faveat, (*vv*) ut falſas ſupprimat, ſuisque

(*vv*) Neque ſane obſtat, unam ſaltim veram eſſe religionem, quam DEUS ab omnibus coli velit, omnium hinc eſſe obligationem ut eam ſequantur; & ſiquidem illam unitatem rumpant, illos cogi poſſe, ut ſuæ ſatisfaciant obligationi. Sed ſatis demonſtravimus, homines non ſemper cogi poſſe ad ea, ad quæ DEI lege obligantur ob diverſas hominum de hisce officiis opiniones, neceſſarioque inde ſecuturas turbas. §. 4. Eædem enim ſemper hic difficultates recurrerent, quas ſupra memoravimus §. 22. 23. hinc lepide eos reprehendit Mr. de la Pillonere, olim Jeſuitarum ordini adſcriptus; poſtea Anglicana ſacra amplexus, qui cœco hoc religionis Zelo feruntur, ad diſſentientes a ſua religione cogendos his verbis: Vous dités, que l' unité & la communion dans l' „ Egliſe ſont de la plus etroite obligation, & nous „ ſont fortement inculquées, *Vous* avés raiſon, ſi „ vous voulés dire l' unité des coeurs, & l' unité d' „ eſperance, & telle autre unité des coeurs, qu' il „ vous plaira, qui ſoit compatible, avec la pureté „ de conſcience & la Sincerité - - - - C' eſt vous „ qui y faites breche, & qui violés un commende- „ ment, que vous avoués qui eſt de l' obligation la „

ſuisque ſubditis, ne inficiantur falſis doctrinis, proſpiciat, ut impietati, ut ſuperſtitioni remoram injiciat. Negari nequit, ſicuti omnium hominum, ita in ſpecie hoc Imperantis requirere officium, ut veritas, ut virtus inter homines incrementa capiat, cum DEI voluntati id placere, cum bonum eſſe judicet; tantum autem unicuique eſſe præſtandum boni, quantum in ejus viribus eſt, ſupra demonſtravimus §. 3. Verum an per vim, an injurias aliis inferendo, an fidem violando id fieri poſſit, alia omnino eſt quæſtio ex ſupra dictis absque dubio neganda. Hinc modus obſervandus, quo id fieri poſſit, in quo plerumque peccari ſolet; qui alius non eſt niſi ut animi hominum de veritate convincantur; ut virtus, pietas ipſis prædicando, admonendo inſtilletur; & quamvis ad ea, quæ virtutis ſunt, interdum cives cogi, imo ſi haud obſervaverint, puniri poſſint, id tamen non niſi tunc fieri poterit, quando aliorum intereſt, ne tales actiones omittantur, quamtumque ad omnium ſecuritatem atque tranquillitatem id neceſſarium videbitur; ſed ita tamen ad veram virtutem, quæ ſpontaneo animi motu abſolvitur, non facit, ſed id ſaltim intenditur, ut tales conatus atque actiones reprimantur, quæ alios lædunt, omniumque tranquillitatem ſubruunt. Imo omnium minime id fieri poterit, ſiquidem Imperans cives ad eam virtutem

„ plus etroite, en voulant forcer les hommes à une „ unité d' opinions, impraticable dans la nature, qui „ n' eſt nulle part commandée, ni meme esperée dans „ l' Evangile. Voiés l' hiſtoire Apologetique de Mr. de la Pilloniere de A. 1717.

tem, eamque pietatem cogere velit, quæ ſaltim ex ejus mente DEI voluntati conveniunt, civium vero judicio vitiis accenſenda, hinc illi evitanda; ſi nihilominus cogantur, ſe læſos, nihilque obſtare putabunt, quo minus violentiam a ſe avertere queant; ex quo ſolo apparet nullam hic coactionem locum habere, cum omnis hic coactio non poſſit non turbas, bella civilia, atque rerum publicarum ruinas poſt ſe trahere. Siquidem enim id juris eſſet Imperantibus, omnium religionum Imperantibus id concedendum eſſet adverſus quoscunque ſubditos a ſua religione diſſentientes, nec Neroni, nec Turcarum atque gentilium Imperantibus, nec Pontifici Romano ægri ferri poſſet, quod unquam vim adhibuerint adverſus Chriſtianos, aliosque a ſua religione diſſentientes. (x) Quis quæſo tale jus a DEO con-

(*x*) Quodquisque enim juris in alterum ſtatuerit, ut eodem alterum frui jure patiatur æquum eſt; hinc ſuo damno id expertus eſt olim Thomas Cramerus Archi-Epiſcopus Canterburienſis, qui cum, obſervante Burneto, feminam a ſua religione diſſentientem concremari juſſiſſet ſub Eduardo VI. eadem fata ſub Maria Regina expertus eſt.

ſtitutum concipere poſſet, quod perpetuis turbis, perſecutionibus atque miſeriis non poſſet non genus humanum involuere (y) & ex quibus nulla eluctan-

(*y*) Mirum ſane eſt, talia principia ne quidem Proteſtantibus approbari; mirum eſt nec eos, qui vim perſecutionis Pontificiæ ipſimet experti ſunt penitus liberari potuiſſe illis præjudiciis, quaſi religio vera vim omnem non excluderet; hinc lectori haud ingratum fore arbitror, ſi locum aliquem hic adduxero, Prote-

eluctandi ſpes ſupereſſet; fruſtra enim id urge-
tur

ſtantium alias mentem exprimentem, omnibus, qui-
bus illam ſuffulciri poſſibile fere eſt, rationibus mu-
nitum, Bælioque oppoſitum, qui tolerantiam uni-
verſalem tantis moliminibus adſtruxerat in Commen-
tario ſuo Philoſophico. „ Mais enfin qu' eſt ce que
„ l' autorité peut fere contre la fauſſe religion? Sans
„ conſulter la raiſon, l' on n' a qu' a conſulter l' hi-
„ ſtoire de l' Egliſe pour le ſavoir, il faut voir ce, qu'
„ ont fait les Princes autoriſés de Dieu, & approuvés
„ de toute l' Egliſe; les Rois d' Iſrael pour repurger
„ l'Egliſe ont abatu les idoles, ont fait couper leurs
„ bocages, ont aboli leurs hauts lieux, ont interdit le
„ culte idolatre, ont chaſſé les etrangers; qui ſedui-
„ ſoient la nation... Les Empereurs Chretiens ont ru-
„ iné le paganisme en abatant ſes Temples, en con-
„ ſumant ſes ſimulacres, en interdiſant le culte de ſes
„ faux Dieux, en etabliſſans leurs Paſteurs de l'Evan-
„ gile en la place des faux Prophetes & des faux
„ Docteurs, en ſupprimant leurs livres, en repandant
„ la ſaine doctrine. Ils ont aboli l' Arrianiſme, en o-
„ tant aux Arriens les Egliſes, qu' ils avoient priſes
„ aux orthodoxes, en chaſſant les faux Eveques, & en
„ ſubſtituant de bons & de ſaints en la foi. Les Prin-
„ ces reformés ont aboli le Papiſme dans leurs etats
„ en lui otant les chairs, en y mettant des Docteurs
„ ſains en la doctrine, & purs pour les moeurs, en
„ brulant les images, en faiſant enterrer les reliques,
„ en interdiſant tout culte idolatre. Bien loin, qu'en
„ faiſant cela ils aient fait contre la loi de Dieu, ils
„ ont entirement ſuivi ſes ordres. Car c' eſt ſa vo-
„ lonté, que les Rois de la terre depouillent la bete,
„ & briſent ſon image. Jamais aucun Proteſtant
„ jusqu' ici n' y a trouvé â redire, & jamais aucun
„ eſprit droit ne comprendra là choſe autrement. Mais
„ diſent ils, pergit autor, par la vous donnés droit
„ aux Princes Heretiques & Papiſtes de perſecuter la
„ veritable Egliſe, au moins ils pourront aller jus-

tur, jus a DEO fieri non niſi veram profitenti religionem; Omnes enim credunt ſe veram colere religionem, atque ita omnes ad minimum credent ſibi ita jus a Deo conceſſum eſſe vim adhiben-

que là, & quand ils n' iront pas plus avant, qu' a „ vous oter vos temples, qu' a vous interdire tout „ ſervice public, qu' à chaſſer vos Miniſtres, vous „ n' aures aucun ſujet de vous plaindre. *Velim* „ *attendas reſponſioni*: Cete difficulté eſt une „ niaiſerie la plus indigne de gens d' eſprit, qui ait „ jamais eté imaginée. Parceq'u un Roy a droit de „ punir les malfaiteurs, un Tiran at il droit de faire „ ſoufrir les memes peines aux innocens? Parcequ' „ un Prince a le droit de lever des tributs raiſonnables „ pour le ſoutien de l' etat a-t il droit de dé „ pouiller le public & le particulier par des taxes ex- „ orbitantes, & par des pilleries manifeſtes? Parce „ qu' un peuple a droit de refuſer obeiſſance a un „ Tiran, a t il droit de la refuſer à ſon Prince legiti „ me? Parce qu' un Prince a droit d' avancer la ve- „ rité, & de la defendre, a t il droit d' etablir l' hé „ reſie & l' idolatrie? En un mot, parce qu' un „ Prince a droit de ſervir Dieu, par ſon autorité, a „ t il droit d' emploier cete meme autorité, pour le ſer- „ vice du Diable? - - - - Il n' ya aucun droit où il „ n' y a ni juſtice ni verité, Car c' eſt la juſtice & „ la verité qui donne le droit. Hactenus Autor des „ Droits des Souverains en matiere de religion, la con- „ ſcience & le Prince contre le commentaire Philoſo- „ phique p, 288, ſqq. qui eſt Pierre Jurieux un Refu- „ gié Francois. Fateor non ſine ſpecie talia proferri, „ ſed ſi quis hactenus dicta probe perpenderit, illi ultro ad omnes objectas difficultates reſponſio ſuccurrit. conf. interim ea, quæ annotavimus ſupra ad §. 23. conf. etiam ea, quæ habet celeb. Dn. Böhmerus in diſſ. de jure circa libertatem conſcientiæ præmiſſa, T, II. Juris Eccleſ. p. 36. ſqq.

hibendi, ad religionis ſuæ propagationem, licet ipſis tale jus revera a DEO conceſſum non ſit; nullumque ſupereſt remedium aliam ipſis ſuggerendi mentem, quamdiu religionis ſuæ falſitatem haud agnituri ſunt; id quod tamen in hoc mundo ſperare vix licet, futurum ſcilicet, ut omnes unam eamque veram agnituri ſint religionem. Nulla enim hominibus potior eſt via cognoſcendi DEI voluntatem, quam ſequi poſſint, quam quidem Conſcientiæ dictamen ſive animi convictio, hinc aliter facere nequeunt, quam ut interim illam ſequantur; apparenter ergo ad minimum, ut facere tamen pro præſenti, & pro ratione ſuæ convictionis aliter nequeant, obligabuntur omnes ad quamcunque, quam veram credunt, religionem propagandam, contrariamque tollendam, id quod non poſſet non ſummam omnium rerum confuſionem inducere, perpetuisque bellis exponere totum genus humanum.

§. 48.

Quanta commoda ex religionem tolerantia ad Rempublicam redundent?

Neque ſane graviora adhuc inde mala Reipublicæ ſunt metuenda, cum & ratio doceat, atque experientia teſtetur, plures in una eademque republica quiete atque tranquille vivere poſſe, licet diverſas foveant ſententias circa cœleſtis doctrinæ capita; cumque nulla re magis artium liberalium ſtudia promoveantur, ingeniorum excellentiorum præſidium quæratur, amplificandæ Reipublicæ, augendique commercii copia fiat, quemadmodum Belgium ſatis ſuperque docet, nulla re magis hæc omnia juvari, quam quidem religionum tolerantia. Sed exuendum eſt odium

religionis

religionis, ſupprimendum perſequendi ſtudium, evitandus ſectarum amor, tunc nos invicem tolerare docebimur. Siquidem unusquisque ſua religione quiete frui poſſet, nullæ unquam turbæ rempublicam laceſſerent. Tot toleramus ſtultos, libidinoſos, ambitioſos atque avaros homines in republica, neque aliter facere poſſumus, qui ſane DEO non magis placent, quam quidem erroneam colentes religionem; cur ergo diſſentientes a noſtra religione tolerare gravamur. Neque tamen nullos ſtatuo tolerantiæ limites; toleramus cives, diverſa ab Imperantis atque dominante religione ſacra ſectantes; alienigenas haud facile recipimus, maxime eos, quibus religionis odio flagrare conſuetum eſt, qui perſequendi furore agitantur; Tolerandi diſſentientes, non tamen ſtatim omnibus facultas concedenda errores pro lubitu diſſeminandi; ſed tentandum eſt, num in viam revocari poſſint, ſed qua decet ratione, omni vi, coactione, perſecutione longiſſime remota (z) Imo plures

(z) Nocet enim rigor & ſeveritas nimia, cui jam pares non ſumus ex Taciti mente L. 1. hiſtor. Et lento opus eſſe adjutorio Seneca obſervavit L. II. de ira. contra mala continua atque fœcunda, non ut deſinant, ſed ne vincant. Hinc & Chriſtus prohibuit, ne zizania eradicarentur, ſed creſcere ſinerentur usque ad meſſem; ne colligentes zizania ſimul evellamus triticum Matth. XIII. 28-30. de ipſo Indifferentiſmo, ſi quid ſolidi atque ſani quis legere cupiat, aurea ſane celeb. Joh. Alph. Turretini Theologi Genuenſis diſſertatio adverſus eos, qui ſtatuunt, quamcunque religionem profitearis perinde eſſe. Genevæ 1711. 4. Jam de novo inter alias ejus diſſertationes Brunſvigæ impreſſa. addi poteſt Benedicti Picteti ejusdem Theo-

plures tolerari non poſſe ſupra evicimus §. 44. ſqq. Novimus & Apoſtolos toleraſſe in Judæis noviter ad Chriſtianiſmum converſis obſervantiam cerimoniarum Moſaicarum, quamvis haud eas approbaverint; hinc cavendum, ne eos, qui tolerantiæ favent, indifferentiſmi religionis inſimulemus, id quod ſacro Zelo perfuſis ſolenne eſſe novimus. Idem ſane hi homines mihi facere videntur, quod facerent illi, qui ſtultitiam eos affectare exiſtimarent, qui ſtultos patienter putant tolerandos eſſe; qui imbecillitates atque affectus appetere creduntur, ſi affectibus hominum, ſi eorum imbecillitatibus condonandum arbitrantur; qui medicum ideo ſuſpectum reddere conantur, quod corruptæ ægroti phantaſiæ furorique interdum ſeſe accommodat, ut eo facilius morbis eorum medelam adhibere poſſit. Nequis vero in malum ſenſum dicta trahat, id velim Lector notet, mihi hic ſermonem non eſſe de tolerantia Eccleſiaſtica, quatenus ea unam eandemque Eccleſiam reſpicit; ſed de tolerantia politica, quæ unitatem civitatis reſpicit. Nullos hominum a magna DEI civitate ſive imperio excludi, quicunque Orbem terrarum inhabitant, certum eſt; quis vero dixerit, illis omnibus in DEI eccleſia locum eſſe quæſitum. Ita multos admittit reſpublica, quos eccleſia admittere nequit; illos autem Eccle-

logi Geneuenſis Traité contre l' indifference des religions pour convaincre les Athées, les Deiſtes & les Deites & les Libertins. Genev. 1715. 12. Si quis Wernsdorfii Comment. de Indifferentiſmo religionum malit, illum ſuo guſtu atque ſenſu abundare facile patior.

Eccleſia admittere nequit, qui unitatem fidei disrumpunt, qui unum idemque cum cæteris non intendunt; cum id omni ſocietati repugnet, eos habere ſocios, quos certum eſt ab univerſali ſocietatis ſalute atque ſcopo diverſiſſima intendere. Qui vero tales ſint, & quot modis, quibus erroribus unitas fidei Chriſtianæ rumpatur, atque ſalutis fundamenta diruantur; inquirere hujus loci jam non eſt.

§. 49.

Num vero jus Principum reformandi eo ſuas exſerere vires poſſit, ut duas diſtinctas ſocietates Eccleſiaſticas, ut diverſæ hactenus religionis, quæ diverſa ad minimum creditur hominum opinione, ſocios in unam coaleſcere jubeat ſocietatem Eccleſiaſticam? altioris omnino eſt indaginis. Tota res exinde lucem fœneratur, ſi in id inquiratur: num natura Imperii talem poteſtatem requirat, & num indoles religionis illam admittat? Cum Imperans tantum circa ſubditorum religionem poſſit, quantum ſalus publica requirit, quantumque uniuscujusque conſcientia admittit §. 31. cum ea conſcientia haud admittat, quæ unusquisque ſuo officio legibusque divinis contraria judicat §. 21. id quidem negari nequit, proficuum futurum Reipublicæ, ſi omnium mentes, omniumque voluntates idem etiam ratione religionis intenderent; poſſe adeoque ita uniendo diverſarum religionum ſocietates, ſalutem publicam promoveri; an vero id fieri poſſit ſaluis juribus unicuique competentibus, ſalua cujusque conſcientia, id omnino ex animorum diſpoſitione,

An Princeps duas diſtinctas religionis ſocietates jubere poſſit in unam coaleſcere?

id

id ex doctrinis publicis, quibus unusquisque cœtus gaudet, dijudicandum erit. Sed cum alteri difficillimum, imo impoſſibile ſit *(aa)* de alterius mentis diſpoſitione, conſcientiæque dictamine judicare; cum & doctrinæ publicæ variis interpretationibus, conſequentiis ab omnibus non admiſſis ſubiectæ ſint; vix Imperanti conſtabit, num talis unio conſcientiæ ſubditorum revera repugnet, nec ne, ſiquidem eam conſcientiæ ſuæ repugnare confeſſi fuerint, acriterque defenderint, niſi conſentiant; Accedit, quod cum libera debeat eſſe unicuique religio, niſi alterum exinde lædat, liberum etiam unicuique erit, eos ſibi quærere ſocios, quos unum eundemque ſecum finem quærere novit; eosque vitare, quos fini atque ſuæ ſaluti contrariari crediderit, neque ita hæc poteſtas in alium transferri poterit, *(bb)* ut ipſe pro ſua conſcientia illam exerceat, atque

(*aa*) Criteria, quibus dijudicari poteſt, num quis doloſe conſcientiæ prætextu utatur recenſet Basnage de la Conſcience L. 1. c. 2. §. 5. quæ pluribus ſolide examinat uti ſolet Ill. Bòhmerus Diſſ. prælim. præmiſſa Tom II. Juris Eccl. p. 50.

(*bb*) Interim non negatur, poſſe Principem, poſſe alios, quibus cura Eccleſiæ commiſſa eſt, omnibus ingenii atque prudentiæ nervis intenſis operam dare, ut diverſi cœtus in unum coaleſcant, ſiquidem reipublicæ id expedire animadverterint; id enim hactenus ſaltim oſtenſum eſt, regulariter per modum imperii in invitos ſubditos hic nihil ſtatuendum eſſe; alia vero media non excluduntur, modo nemini inde inferatur injuria. Neque enim ita repudiandum exiſtimo conſilium J. Clerici, quod in Parrhaſianis T. 2 p. 251. 252. his verbis exprimit: „Si dans toutes les Aca-

atque per modum imperii adminiſtret, ſociosque religionis mihi conſtituat, & niſi admittere eos velim, me cogat, puniat; eædem enim hic difficultates redirent, quas ſupra adduximus §. 32. ut pariter neceſſe ſit inde concludere, ejusmodi jus majeſtati eſſentiale non eſſe; ſed collegiale, cuivis cœtui religionis cauſa ſociato proprium; & ſiquidem in alium tale jus transferatur, coactioni tamen locum haud fore; nec niſi membro ejus Eccleſiæ competere poſſe §. 36. Patet vero exinde, num ad ſolos Theologos hoc negotium pertineat; num & Politici de eo tractare poſſint? Qui enim membra ſunt Eccleſiæ, illi jura collegialia exercere poſſunt, ſiquidem id fiat ex Eccleſiæ conſenſu, vel ex ejus commiſſione, cui jura collegialia exercenda ſunt tradita; Omnibus enim Eccleſiæ membris ſive Doctoribus ſive auditoribus, Eccleſiaſticis atque politicis, indoles ſuæ religionis, visque ſuæ conſcientiæ cognita debet eſſe, ut ſciant, quousque unio inter diverſas eccleſias pangenda admitti poſſit, nec ne; quamvis vi in invitos haud quicquam facile

Num ad ſolos Theologos hoc negotium ſpectet?

demies ou l' on va etudier la Theologie, on avoit „ ſoin de mettre des Profeſſeurs moderés & pacifiques, on pourroit voir dans peu d' années toutes les „ aigreurs ceſſer & la charité & la paix prendere par „ tout la place de l' eſprit de diviſion & de diſcorde - - - Mais pendant qu' on n' a aucum „ égard à cela, & que l' on choiſit indifferemment „ des boutefeux & des gens d' une humeur plus „ douce, ou meme que l' on prefere des Theologiens querelleux & opiniatres aux pacifiques, on ne „ vera jamais de paix entre ces deux partis.

Digitized by Google

le agendum ſit? mirum tamen eſt; in furorem quosdam agi homines, quoties de Pace ineunda, (*cc*) quoties de remediis pacem reducendi, conſilia

(*cc*) Quis ignorat, Pace Weſtphalica controverſias inter Lutheranos atque Reformatos ulteriori compoſitioni eſſe reſervatas art. VII. §. 18. quid ergo ægre ferunt homines, ſi conſilia de ea capiantur? quid clamant, periculum eſſe, ne exinde religio conficiatur, quæ in Imperio pace publica haud frui poſſit; placent verba, quæ in Meditat. ad Inſtr. P. Weſtph. habet ad hunc Ill. olim Henniges, quando p. 830. inquit: „ Cum videmus, nullam eſſe externam religionem, quæ ex omni parte recte ſe habet, nos „ depoſita invidia ſimultatibusque moderatiora conſilia capiamus, atq; invicem nos toleremus, invicem „ memores, quæ in aliis reprehendimus, eadem domi apud nos vel graviora ſæpe eſſe, quæ alii reprehendant, cum nulla amplius toto terrarum orbe „ ſit Eccleſia ab omni labe pura. - - - - Quid igitur odiſſe, perſequi & vexare juvat eos, quorum ratio vivendi in negotio religionis cum noſtris cerimoniis ex omni parte non congruit, vel quos omni credendorum genere nobis non conſentientes „ habemus? Intolerabilis eſt & deteſtanda arrogantia, ita fidere noſtris opinionibus & ſententiis, plerumque autoritate magis & adulto præjudicio, „ quam judicii firmitudine & debito examine nixis, ut „ confeſtim omnes damnemus, qui alios ſibi ſenſus „ in uno alterove articulo fidei compararunt, vel ritibus noſtris Eccleſiaſticis ſe non conformant, „ quos ferre ſatius eſſet, uti ferimus in quocunque alio ſcientiæ artiſve genere inter ſe diſcordes. Non „ eadem Medici, non Jureconſulti, non Philoſophi „ ſentiunt: cur igitur in ſola Theologia liber diſſenſus crimen eſt! cui neſcio quod hæreſeos nomen „ conſecrarunt, cum revera hæreſes in quovis vitæ „ inſtituto, ubi factiones ſunt, inveniantur; & in

conſilia capiuntur; quoties doctrinæ deverſorum coetuum excutiuntur atque examinantur, num talem unionem admittant; Nemo ſane negare unquam auſus eſt eſſe Pacem, eſſe concordiam inter Protestantes optandam; Si vero optanda eſt, laborandum etiam erit, ut obtineri poſſit; conſilia capienda, ut via eo perveniendi ſterni atque præparari poſſit; modo caveatur, ne vis inferatur conſcientiis? ſed ſi nefas foret, & conſcientias hic bene informare, præjudicia ipſis adimere, animos hominum ad Pacem diſponere, neſcio ſane, qua ratione in poſterum ullus amplius locus veritati propagandæ ſit futurus. Cave tamen confundas tolerantiam Politicam, cum unione Eccleſiaſtica; illa enim ex jure majeſtatico, hæc vero ex juribus collegialibus atque hominum conſcientiis ſuam capit menſuram; illa ex principis dependet arbitrio, niſi legibus publicis, niſi pactis aliter conventum fuerit; hæc vero ex cujusque cœtus Eccleſiaſtici conſenſu, ſive expreſſo ſive tacito; illa etiam invitis ſubditis, niſi pactis atque legibus repugnet, admitti poteſt; hæc vero non; Poſſunt enim in una eademque republica plures cœtus Eccleſiaſtici a ſe invicem diverſi tolerari, combinari, ſaluo regimine, ſalua voluntatum atque virium unione, quantum ad imperium opus eſt; licet quoad ipſam religionis unitatem combinatio tam facilis non ſit, ex imperio ergo abſoluto ſemper dependebit, quos in civitatem recipere, quibus liberum religionis exerci- *Num ad ſolos Theologos hoc negotium ſpectet?*

G tium

ipſo ſacro codice hæretici dicantur, non qui diverſa „ opinantur, ſed qui diverſa a ſe opinantes ob hoc ipſum damnant, eosque cum ignominia ſeparant. „

Digitized by Google

tum concedere velit; ſed abſolutum dixi imperium, ne quis putet omni Imperanti id licitum eſſe, ubi legibus ubi pactis ad certam normam adſtringitur; Neque tamen dixerim Imperantem etiam abſolutum ſaluo ſuo officio erga rempublicam obſervando ſemper id facere poſſe; non enim absque peccato id ſemper fit a Principe, quod ſubditi pati tenentur; multa agunt vi imperii, qnamvis illud agendo peccent, id ſane omiſſuri, ſiquidem officio ſuo, ſiquidem legibus divinis atteudere voluiſſent. Quid ſi enim diſſidia, turbas atque perſecutiones inde exorituras prævidere poſſit Imperans, male absque dubito facit, ſiquidem nihilominus peregrina ſacra in rempublicam adſciſcre, illaque publice tolerare vellet.

§. 50.

Num doctores Imperium affectantes?

*S*ed cum tamen â neminein dubium vocari poſſit hominum ſuperſtitione, vitiis atque ambitione plurima ſubinde externa ab omnibus retro ſeculis religioni admixta fuiſſe, religioni haud eſſentialia; imo interdum omni rationi atqne religioni adverſa, videndum jam eſt, quid poteſtatis juri reformandi principis circa illa competat: Si quis absque intimiori rei meditatione rem conſideraverit, illi nihil magis rationi convenire videtur, quam ſi principi tantum poteſtatis tribuatur, quo reformare atque tollere poſſit, quicquid vitiorum atque abuſuum rationi atque religioni contrarium illius populi religioni eſt admixtum, cui Princeps præeſt. Cum enim populi ſalus ſuprema lex Principis ſit, nihil obſtare putant, quominus omni

omni modo eorum ſalutem promovere, eaque repurgare poſſit, quæ quocunque modo illorum ſaluti obeſſe poſſunt. Sed ſi quis intimius rem ponderaverit, animadvertet, hanc omnium turbarum atque perſecutionum ob religionem exortarum matrem atque fontem fuiſſe. Quamvis enim regula hæc in ſe vera atque quam maxime fundata ſit; in applicatione tamen difficillimæ eſt praxeos. Unusquisque enim pro vitio, errore atque abuſu habet, quicquid a ſua religione alienum eſt; quod alter ſanctum eſſe judicat, ab illo alter tanquam peſte abhorret; ſæpiſſime contingit, ut unus omnem religionis vim in eo conſiſtere putet; quod alter æterne ſaluti pernicioſiſſimum eſſe reputat. Si quis ea reformare ſuſtinuerit, omnem religionem deſtrui, viam ad ſalutem æternam perveniendi præcludi, DEum hominesque graviſſime lædi reputabit alter. Si nihilominus ea Imperantem reformare poſſe credideris, id habebis incommodi, quod religionis res ab Imperantis ita dependerent arbitrio, quod quam ſollicite cavendum ſit, demonſtravimus ſupra §. 23. Ne vero cum umbris pugnemus, ad ſpecialia erit deſcendendum, ut inde appareat, quantum cuique ſummo Imperio, ſi abſolutum fuerit, poteſtatis competat ad externa religioni admixta reformanda. Id quidem certum eſt, poſſe Principem imo debere ea ſtatuere in Republica, quæ ad ejus conſervationem pertinent, ejus eſſe officii providere, ne ex ulla ſocietate ſive Eccleſiaſtica ſive politica, ejusque forma atque ordine reipublicæ corruptio oriatur, hinc, poſſe eum reformare ea, quibus ſingulis atque

 univer-

univerſi cives læduntur, atque impediuntur, quo minus officiis ſuis rite fungi poſſint §. 42. Jam ſi Docentes in Eccleſia imperium ſacrum ſibi affectent, ſi ſub ſpecie traditionis, præceptorum, religionis reverentiam Principi debitam exuant, ſubditosque Principis in omnibus, quæ ipſorum arbitrio ad religionem referuntur, Principis obſequio ſolutos ſuo imperio ſibi ſubiiciant, atque efficaciam imperii civilis ita laxatam quando cunque lubuerit, eludant, ut turbæ continuæ in republica exiſtant, ut biceps reſpublica efficiatur, jus habet Princeps, imo ejus eſt officii, ut provideat, ne imminuatur ſua majeſtas; ne ſubditi ſuo obſequio exſoluantur; ne regimen inefficax reddatur; & nulla ſane alterius religione vel conſcientia prohiberi poterit; quo minus hæc ſua jura defendat, ſarta atque tecta conſervare ſtudeat, ſubditos omnes, ſive Docentium ſive auditorum nomine in Eccleſia veniant, ſuo imperio ſubiiciat; quod ſi vero de facto tales conſuetudines irrepſerint, quibus Hierarchia in Eccleſia reipublicæ maieſtati contraria eſt effecta, ad turbas quovis tempore in republica efficiendas aptiſſima; erit illa inter abuſus, inter morbos reipublicæ referenda, jura imperii reformanda, tollenda, ſiquidem absque graviori malo id fieri poſſit: Non obſtabit hic, conſcientiam ſubditorum non pati, ut hisce in rebus, ab Hierarchia ſibi vindicari ſolitis, ab Imperantium civilium arbitrio dependeant; licet enim ſalua unicuique ſua debeat eſſe religio atque conſcientia, ceſſat tamen hæc conſcientiæ immunitas, quoties alter inde læditur §. 45. Ita periter cum populi ſui ſalutem atque

atque felicitatem promovete debeat princeps, num jure illa reformabit, quibus populus a labore, atque abundantia distrahitur, paupertati vero, ignaviæ aliisque vitiis inde reſultantibus porta aperitur. *(dd)* Sapienti conſilio id perpendit Galliæ Rex Henricus IV. Cum enim quendam Epiſcoporum, omnium ſanctorum diœceſeos ſuæ memoriam ſingulis annis celebrare videret, nimiaque feriarum multiplicatione, ad ignaviam, inopiam, ebrie-

Num nimiam feſtorum multiplicationem reformare poſſit?

G 3

(*dd*) Eadem olim meditatos eſſe Romanos Tacitus memorat L. XIII. Annal. c. XLI. quando ſenatus conſulto dies expugnationis Artaxatæ urbis inter dies feſtos referendus erat, Caſſius multiplicationem feſtorum, indeque in ſtatum publicum redundantia damna graviſſime diſſvaſit. Inde officia Principis circa hoc accurate depinxit Amelot de la Houſſai in Not. ad Annal. Tacit. T. IV. p. 164. quando, *la multiplication*, inquit, *des feſtes ne multiplie point les vertus parmi le menu peuple, au contraire elle y nourrit & fomente l' oiſiveté, qui eſt la mere de toutes vices. Les Princes ont d' autant plus d' intereſt de ne point ſoufrir la multiplication des fêtes generales, que les terres en ſont moins cultivées, d' ou s' enſuit la diſette, & la cherté des vivres, & par conſequent l' impoſſibilité de tirer de leurs ſujets les ſubſides neceſſaires pour la conconſervation de l' état & du public.* Et pagg. ſqq. *Les Juifs etant venus de mander à Jeſus Chriſt, s' il falloit paier le tribut à Céſar? il leur repondit: Rendes à Ceſar ce, qui eſt à Céſar, & a Dieu ce, qui eſt a Dieu. Cete divine reponſe nous aprend l' uſage, que nous avons à faire des jours de nôtre vie, dont les uns apartiennent à Dieu, & les autres au Prince, à la Patrie & à la ſocieté civile. Car comment rendrions nous à Ceſar ce, qui eſt à Ceſar, ſi tous les jours etoient emploies au ſervice divin. Comment rendrions nous a Dieu ce, qui eſt à Dieu, ſi tous les jours etoient de travail, & deſtinés à des occupations civiles & profanes?*

Digitized by Google

ebrietatem, luxuriam aliaque vitiorum genera redactos cives animadverteret, de illis diminuendis conſilia cepit.. Eleganter regis propoſitum effert Cardinalis Osſatius Epiſt. Tom. 3. Ep. ad Regem 18. 1599. data! Qu' a cauſe d'un „ tres grand nombre de fêtes qui ſe faiſoient par „ tout le royaume, outre celle de notre Seigneur, „ de notre Dame, des Apôtres, & d' autres „ Saints principaux, une grande partie des terres „ demeuroient en friche, qu' ils' enſuivoit grande „ diſette & cherté par tout le royaume, de „ laquelle ſe reſſentoient & patiſſoient grandement tous les françois, de quelque état & „ condition, qu' ils fuſſent. Et ſa Majeſte n' „ en pouvoit tirer les ſubſides accoutumés & „ neceſſaires pour la conſervation de l' état & du „ public. Que ſa Majeſté avoit été requiſe des „ pluſieurs endroits du royaume, de mettre „ quelque ordre, & de pourvoir â cette neceſſité „ que hors les ſubdites de notre Seigneur etc. le „ peuple pût labourer & cultiver la terre, & „ faire les autres choſes, qui y appartenoient; „ que par ce moien on reſtitueroit, l' ancienne „ fertilité & abondance, & obvieroit â pluſieurs „ deſordres, que font ceux, qui ne pouvant „ emploier aux devotions requiſes un ſi grand „ loiſir, comme ils ont parmi tant de fêtes, ſe „ debauchent & s' adonnent au jeu & â l' yvrognerie, à luxure, & à quelques autres choſes „ illicites. Præter hoc ferre Princeps tenebitur ut quivis ſuo cultui eo tempore vacet, quemadmodum id a Deo præceptum eſſe crediderit. §. 35.

§. 51.

§. 51.

Oſtendimus ſupra §. 28. ad omnem ſocietatem conſervandam, atque ita etiam ad Eccleſiaſticam opus eſſe ſumtibus, opus eſſe bonis atque opibus, unde ordo in ſocietate externus conſervari, utque eo melius finis obtineri poſſit; Cum jam in immenſum fere haud raro hæc bona, quæ dicuntur Eccleſiaſtica, excreviſſe animadvertamus; cum ſancta DEOque dicata atque quæſita hominum voluerit opinio; cum hominum commercio, dominioque exemta, DEique ſolius, Eccleſiæque dominio adſcripta ſanxerit religio, ſuperſtitio an vis dicam neſcio, difficultatibus denuo jus Principum reformandi hic involutum deprehendimus, quia religioni hæc bona immixta atque ea circumvallata voluit hominum cautio, facile tamen illæ evolvi poterunt, ſiquidem res ad genuina principia revocetur. In DEI dominio ſane omnia ſunt, quæ hiſce in terris inveniuntur, cum illa creaverit, cum illa conſervet, deque illis pro ſuo lubitu diſponat: Sed ea hominum uſibus â creatore deſtinata atque expoſita ſunt, ex diverſis uſibus atque finibus diverſa nomina ſubinde accepere, ut modo ſecularia, modo Eccleſiaſtica ipſa dicere moris ſit; mutatis finibus atque uſibus, quibus deſtinata ſunt, alia etiam ut accipiant nomina rationi convenit; aliamque ut nanciſcantur qualitatem neceſſe eſt, hinc opus erit indagare, ad quemnam finem bona Eccleſiaſtica ſint deſtinata, cum rationi nihil magis conveniens ſit, quam ut res ad ſuum finem dirigantur; intelligitur autem finis eorum, ſi quis fi-

Quid juris Principi ſit bona Eccleſiaſtica reformandi?

nem ſocietatis Eccleſiaſticæ noverit, qui alius non eſt quam cultus divinus §. 28. Cum pati debeat Imperans, ut tales ineantur in republica ſocietates, pati etiam debet, ut ſibi de mediis ad ſocietatem conſervandam ſuosque fines conſequendos idoneis proſpiciant, utque congerant opes atque bona cultui divino rebusque ad cultum pertinentibus inſtruendis, miniſtris atque Doctoribus alendis, imo & pauperibus atque miſeris perſonis inter eas conſolandis atque adjuvandis neceſſaria. Quid ſi vero appareat cultum divinum, veramque pietatem magis iis bonis impediri, quam promoveri: quid ſi in inſtrumenta luxuriæ, voluptatis atque ambitionis ab inertibus atque imperitis convertantur: quid ſi ignavia hominum inde augeatur, atque reſpublica gravia damna inde ſentiat: quid ſi inde reipublicæ ejusque ſaluti ruina immineat, ſi pereat regni honor, ſi deficiant media atque opes neceſſitatibus reipublicæ ſublevandis, Patriam tuendi, defendendi; Quid ſi variis fraudibus, dolis atque perſuaſionibus Clericorum corradantur, quid ſi ad turbas, rebellionemque illis excitandas alliciantur ſubditi: quis quæſo hiſce in caſibus denegaret Principi jus reformandi, abuſus tollendi, eaque bona ad uſus atque fines ſuos Reipublicæ ſaluti haud contrarios reducendi. Si pium enim eſt captivos redimere, pauperes alere, oppreſſis ſuccurrere, ab injuriis quoscunque cives protegere, pium non minus imo officii Imperantis erit cavere, ne cives, ne ſubditi bonis ſuis emungantur; ne tyrannide Eccleſiaſtica, ne fraudulentis perſuaſionibus infeſtentur, ergo poterit prohibere Imperans ne bona Eccleſi-

aſti-

aſtica ulterius augeantur, & ſiquidem nimium aucta fuerint, ne ignavia, inertia, ne ambitio, ne luxuriæ atque voluptatis irritamenta, pietatem bonosque mores virtutemque ex animis hominum in exilium mittant; Bona Eccleſiaſtica hinc duplicis generis invaluiſſe videmus, quorum alia ſacra cultuique divino, miniſtris verbi divini alendis, imo & miſeris atque pauperibus alendis inſerviunt, cuivis cœtui Eccleſiaſtico hactenus propria, quorum adminiſtratio juribus collegialibus erit accenſenda; alia Eccleſiaſtica per abuſum dicta, quæ prætextu religionis imperitorum hominum deſidiam fovent, luxuriæque inſtrumenta Clericis ſuppeditant, quæ omnino juri Reformandi Majeſtatis ſubjecta ſunt; Licet enim monachis inſtrumenta luxuriæ & deſidiæ fomenta ſubtrahantur, ea propter tamen cultus divinus haud impeditur, *(ee)* licet Epiſcopo regalia haud compe-

Quotuplicis generis bona ſint Eccleſiaſtica?

G 5 tant

(*ee*) Hinc Cardinalis Cuſanus de concordant. Cathol. L. 3. c. 29. *Temporalia*, inquit, *Eccleſiarum quid* „ *proſunt Reipublicæ? quid* Imperio? quid ſubditis? „ Certe parum aut *nihil.* Et paulo poſt: Rabidus ap- „ petitus ad *terrena* Eccleſiis annexa dominia, Epiſco- „ pis ambitioſis hodie ineſt &c. De temporalibus o- „ mnis cura; de ſpiritualibus nulla. Non fuit iſta „ Imperatorum intentio, non volebant ſpiritualia a „ temporalibus abſorberi, quæ pro eorum augmen- „ to Eccleſiis dedere, atque hæc omnia ex perverſo „ ordine eveniunt; & quia nulli canones ſervantur, „ nulla coercitio, diſciplina nec punitio, evenit, ut Ec- „ cleſiaſticorum regimen dominii temporalis multum „ Reipublicæ & ſubjectis obſit & vacantes Eccleſiæ „ ſemper in periculo ſchiſmatis exiſtant. Interim vero „ Romana curia attrahit quicquid pingue eſt, & id, „ quod Imperium contulit, & pro DEI cultu & bo- „

tant imo adimantur, nec ejus ordini nec religioni, nec cultui divino aliquid decedit; neque gloria divina imminuitur. Hinc Lotharius olim Imperator tertiam partem redituum Eccleſiaſticorum fiſco ſuo intuliſſe legitur. Hinc Chilpericus omnia teſtamenta, quibus hæreditates aut legata Eccleſiæ & Clero relinquebantur, infregit, ſæpiſſime queſtus: Regium fiſcum pauperem remanſiſſe, divitias ad Eccleſias eſſe translatas, nullos penitus niſi ſolos Epiſcopos regnare, periiſſe honorem regium & translatum eſſe ad Epiſcopos civitatum teſtante Gregorio Turenenſi L. 6. Hiſt. Franc. c. ult. Hinc communis & olim & hodie querela, quod bonorum abundantia corruperit Eccleſiam vi proverbii: *Mater me peperit Eccleſia, ſed filia conſumſit matrem.* Ut hoc parricidium evitetur, quis ægre ferret Imperanti, medelam rebus adhibendi. Ita olim Henricus Angliæ Rex, cum quædam bona Eccleſiaſtica ad ſeculi uſum transtuliſſet; *Nonne melius eſt*, inquit, *ut pecunia ipſa impendantur neceſſitatibus regni, quam Epiſcoporum abſumantur deliciis.* Neubrig. t. 3. rerum Anglic. Scio exemplis parum aut nihil probari, neque id intendo, ſed ſuffecerit ſaltim inde oſtendiſſe nihil

„no publico ordinavit ſanctiſſime, id avaritia & cu-
„piditate exorta palliatis rationibus, & novis inven-
„tionibus totaliter pervertitur, & Imperiale efficitur
„Papale, & ſpirituale temporale. Hactenus Cuſa-
„nus, cujus verba ideo integra adduximus, ut pateat,
„vim conſcientiæ non inferri, ſiquidem Princeps ea
„reformare ſuſtinuerit, quæ ipſorum religionis ſocio-
„rum confeſſione tantis abuſibus ſcatent.

hil quicquam inſoliti contingere, ſiquidem interdum bona Eccleſiaſtica reformentur. Neque ipſis ſummis Pontificibus hoc minus uſitatum eſt, ut bona hæc interdum ad ſeculi uſum transferant, quorum praxis atque doctrinæ, ſuppreſſiones bonorum Eccleſiaſticorum, & diſſolutionum ſocietatum Eccleſiaſticarum fieri poſſe, aperte demonſtrant. Hujus generis maxime eſt Bulla Clementis IX. qua A. 1668. ſuppreſſit congregationis Canonicas S. Georgii in Alga Venetiarum, ac fratrum Jeſuitarum & S. Hieronymi de Fæſulis, quod ex nulla alia cauſa factum eſſe teſtantur Bullæ verba, quam quod nullam ſive modicam in Eccleſiæ DEI utilitatem præſtarent, & bono publico & Eccleſiæ ſalutare exiſtimatum fuerit. Cur Pontifex Rom. Clemens VII. conſenſit, ut A. 1528. Henricus Bavarus Epiſcopus Ultrajectinus Carolo V. Cæſari tanquam Duci Brabantiæ & Hollandiæ comiti Epiſcopatum cum jurisdictione ſumma, ea ratione cederet, qua id Prædeceſſores ſupra 900. annos poſſederant? vid. Franc. Harei Annal. Ducum Brabantiæ totiusque Belgii T. II. f. 579. ſqq. & ex eo Rechenbergii diſſ. polit. XXIV. p. II. de Prærogat. Imperii Principis Proteſtantis §. 44. p. 749. Si Pontifici talis competere poteſt poteſtas, nec illam Principibus denegare poterimus, cum Imperium omnia ſub ſe comprehendat, quæ in alium potuerunt transferri, ſaluo cujusque officio atque conſcientia, ſive jam proprio motu talem reformationem e re atque neceſſitate Reipublicæ futurum judicaverit, ſive membra ſocietatis illam expoſtulent; Nec ſane eſt, quod quis putet, absque ſacrilegio tamen in-

tentionem

tentionem primorum fundatorum rumpi atque violari non poſſe, timendum eſſe, ne exſecrationes quibus pia fundatorum mens plerumque eos obruit, qui in hæcce bona involare auſi fuerint, vim ſuam in violatores exſerant; fatendum enim eſt, illam temere haud violandam eſſe, nec temerario ſpernendas eſſe has execrationes (*ff*) maxime ſi ab uno abuſu ad alios abuſus trahantur hæc bona, imo ſi divinus cultus inde detrimenta capiat, ſi tali reformatione nihil quicquam boni efficitur, ſed luxui Principum jam applicantur, cum Clericorum luxuriæ ſubtracta ad ſeculi uſum fuerint translata. Sed ſi reformando talia bona deſi-

(*ff*) Meretur hic annotari meditatio Joh. Seldeni quam de Henrico VIII. Angl Rege habet en parlant des Abbaies & des Prieurs, dont il confiſqua les biens à ſon profit, qui monterent, a ce, qu' il aſſure, à cent mille livres Sterlings de Rente par an: Quand les fundateurs des Abbaies, ont lancé un anatheme contre ceux, qui en „ prendroient les terres; je voudrois bien ſavoir, quel „ pouvoir ils ont êu de le faire. Ce ne ſont pas les „ maledictions des pauvres, ou de quelque corps, que „ ce ſoit, qui peuvent nuire, parce qu' elles viennent „ de ces gens là; c' eſt ſeulement parce q' on fait „ quelque choſe contre eux, qui merite la malediction „ de Dieu. Au contraire ce n' eſt pas la benediction, „ qu' un homme donne a un autre, qui le rend beni; „ elle ne fait que declarer, qu' il eſt tel, & ſi celui qui „ eſt beni, fait bien; il ſera beni ſoit que l' autre le be „ niſſe, ou non. Sed recte annotat ad S. Seldeni locum „ Joh. Clericus: Ils' agiſſoit donc de ſavoir, ſi Henri „ VIII. avoit droit de faire ce, qu' il faiſoit, & ſi l' uſa-„ ge, qu' il faiſoit des confiſcations, les rendoit legiti-„ mes. vid. Clerici Biblioth ancienne & mod. T. VI. „ p. 255.

deſinant eſſe deſidiæ atque voluptatis hominum inertium inſtrumenta; ſi cultus divinus illis magis promoveatur, quam impediatur; ſi neceſſitates Reipublicæ inde ſubleventur, pauperibus proſpiciatur, inque bonum publicum atque Eccleſiæ revera alio modo convertantur, non eſt quod quis execrationes timeat, vel DEI indignationem ſe incurſurum metuat, cum optima hominum intentio ſæpiſſime abuſibus feneſtram aperiat, a poſteris jure operiendam, ſiquidem ſibi ſuisque inde metuant ruinam atque detrimenta; cum enim omnes viventium diſpoſitiones imperio civitatis ſubjectæ ſint, ut ſiquidem reipublicæ ſaluti adverſari deprehendantur, annullari atque immutari poſſint, non majori ut gaudeant privilegio mortuorum conſtitutiones jam olim factæ neceſſe eſt, in tantum nunquam non ſuſtinendæ obſervandæ, quantum cum ſalute publica haud pugnant.

§. 52.

Eædem cautelæ obſervandæ erunt ratione ordinum, honorum, titulorum, dignitatumque quibus in Eccleſia quædam inſignita conſpicimus membra; natura enim cum omnes ſint æquales, civitatique cum omnes dignitates atque prærogativas titulosque referant, quibus unus alteri præferri cupit; imperii ſane erit, hiſce honorum atque dignitatum gradibus, modum, temperamentum atque valorem conſtituere, omniáque pro reipublicæ ſalute inflectere; prout cujusque reipublicæ conſtitutio atque ratio patitur; Verum enim verō, quoniam nec hic ſe continuit religionis

Quid juris circa ordines, honores, titulos atque dignitates, quibus Eccleſia membra atque Clerici inſignita ſunt, reformanda?

eſſe, niſi ſalutis reipublicæ urgeat neceſſitas, cum cives ſua religione quiete frui pati debeat Imperans, ſiquidem rempublicam non turbent, eos quoque pati debet frui illo ordine quem ad ſuam religionem neceſſarium iudicabunt, ſalva ipſius ſuprema inſpectione atque directione, ne quid detrimenti exinde capiat reſpublica, ſaluo etiam jure reformandi, ſiquidem inde damni aliquid acceperit reſpublica, niſi pacto impediatur. Saluo etiam jure reformandi, ſiquidem hi tituli, hæ dignitates imperii aliquid habeant annexum, maieſtati inimicæ atque noxiæ, cum nullo religionis prætextu Imperans pati teneatur, ut majeſtas ſua imminuatur, quam ſartam tectamque adverſus quosque turbatores conſervare poteſt, §. 46. ſqq. Neque tamen ideo negaverim, Epiſcopos vel alios, quibus ſacrorum cura eſt demandata, in prima imperii conſtitutione vel reſtauratione in regiminis ſocietatem poſſe admitti, membrorum civitatis conſenſu. Non enim magis repugnat exercitium juris circa ſacra majeſtaticum in certa collegia ſive perſonas eſſe collata, quam jura collectandi, leges ferendi, fœdera pangendi &c: Imperanti ſummo ademta in mixtis ſive irregularibus rebuspublicis in certa collegia eſſe translata. Id enim ſufficit jus ejusmodi eſſe majeſtaticum, licet ejus exercitium ſummo Imperanti ſit ademtum.

§. 53.

Quid juris circa religioni- controverſias

Cum nullæ controverſiæ atque lites majori feruore atque animorum commotione agitentur, quam religionis atque Theologicæ facile-

decidendas, atque formulas fidei condendas reformandas?

facileque civibus indiverſas partes tractis, turbæ inde reipublicæ metuendæ veniant, Imperantis eſt cavere, ne turbæ, ne perſecutiones, ne bella domeſtica inde exoriantur, talia ergo poterit adhibere media, qnibus hiſce omnibus medela adhibeatur, nullique injuria inferatur, fomites diſſidiorum extinguere, immodeſtiam atque convicia, quibus altercantes ſe invicem proſcendunt, cœrcere, omnibus moderationem, mutuum amorem atque tolerantiam imperare poteſt poſſunt enim hæc imperari ſaluo cujusque officio, eaque obſervari Reipublicæ ſalus exigit. An vero Principi exinde jus competat decidendi controverſias Thelogicas, Veteres abolendi fidei formulas, novasque condendi, ſubditisque fidei dogmata præſcribendi, imo juramento eos ad illas obſervandas adſtringendi, ea ex iis lucem accipiunt, quæ dicta ſunt ſupra § §t *21. 22. ſqq.* unde ſane certum eſt, imperium hisce in rebus locum non habere, utpote â quibus omnis coactio longe debet eſſe remota. Poſſunt quidem condi interdum formulæ, ut declaretur, quibus religionis dogmatibus unus alterve cœtus addictus ſit, & quod reipublicæ nullum inde immineat damnum, & ut alii de coetu noſtro judicare poſſint, num cum ſua religione conueniat, nec ne, quousque illi accedere poſſint, ſalua ſua conſcientia, Imo in tanto ſectarum ſtudio, cum ordine omnia in Eccleſia fieri debeant, neceſſarium non raro eſt, ut tales formulæ conſtituantur, *(hh)* quo homines in diverſa abeuntes,

(*hh*) Interim non poſſum non mea facere verba autotoris meditat, ad Inſtr. P. W. ad art. VII. pag. 814

untes, diverſisque circa religionem opinionibus imbuti ſeparentur, & ſuo unusquisque ordini adſcribatur, modo abſit violentia rebus, modo invitus nemo iis adhærere cogatur, ſac juramento homines ad illas adſtringi, quam primum ſano erroneas illas agnoverint, quamprimum conſcientiæ ſuæ poſtea illas adverſari crediderint, juramenti religione non obſtante, illas rejicere tenentur; ut facile inde appareat, qualis ſit effectus juramenti religionis. Quid ſi vero turbæ continuæ ex formulis hiſce fidei, religionisque juramento rempublicam dilacerent; quid ſi ſectarum ſtudium indies creſcere animadvertitur; quid ſi odia mutua, perſecutiones, accuſationes, hæretificationes omnium animos ita exagitent, ut reipublicæ inde pernicies metuenda, ut finis his malis non niſi abolitione harum formularum, hujusque juramenti quæri poſſit, num juri Prin-

H cipis

„Hoc ſaltim pro certo affirmare auſim, quascunque „mihi formulas & ſymbola confeceris, & quantam„cunque huic operæ diligentiam atque accurationem „contuleris, impoſſibile fore; neque ulla arte aut hu„mana ſapientia evitari poſſe, quin de illis ipſis no„væ diſputationes & controverſiæ ſint metuendæ: „Neque enim compeſcere ingeniorum intemperiem „ulli mortalium licet; neque Principes Proteſtantes, „ſi vel omnes hoc tempore bona fide & conſtanti pro„poſito ſibi invicem promitterent, ſe non commiſſuros, „ut quisquam ſuorum à formula noviter recepta dis„cedere, vel docere aliud auſit, certi eſſe poterunt, „eandem ſucceſſoribus ſuis mentem & conſtantiam „fore. Capit enim facile novitas homines, neque un„quam deerunt, qui prurientium auribus adrepant inſidioſis libellis, & ſtatim certamina miſcentibus, quibus claſſicum canitur ad bellum civile Theologorum,

cipis reformandi id relictum putas, ut ea abolere poſſit? Ego ſane nullus dubito; facit enim Imperans, quod ſui eſt officii, dum cavet, ne perpetuum pomum eridos, ne inextinguibilis litium atque odiorum materia ſtatum ſuum perpetuis exponat turbis; nec cujusquam conſcientiam lædit, cum unusquisque pati poſſit, ne talis fidei formula publica extet; quis enim diceret fidem Chriſtianam periclitari, licet unum alterumue concilium prohiberetur; ſufficit enim, quod unusquisque conſcientiæ ſuæ libertate fruatur, nec quicquam admittere teneatur, quod ſuo contrarium credit officio. Nec obſtat; jus condendi formulas fidei ad jura Principis majeſtatica haud pertinere, ſed unicuique cœtui religionis cauſa ſociato eſſe proprium, hinc juribus circa ſacra collegialibus accenſendum; licet enim Principis, qua Principis non ſit, formulas fidei ſubditis præſcribere, illius tamen eſt proſpicere, ne quid inde detrimenti ad rempublicam redundet, & reformare, quicquid mali jam inde reipublicæ contigerit, ſiquidem absque graviori malo id fieri poſſit, ſalvis etiam pactis cum ſubditis initis. Hinc etiam denuo patet, quo usque a Principe dependeat, diverſos unire cœtus Eccleſiaſticos, fidei formulis hactenus diſtinctos; ſane ſiquidem uni alterive parti perſvaſum eſt, ſe communionem fidei cum altera colere non poſſe, ſalva ſua conſcientia, erroresque alteram partem habere, fidei atque religionis fundamenta deſtruentes; ſi animæ periculum inde ſibi metuit, ſi eadem cum ipſa ſacra colit, iisdem fruitur ſacramentis; limites hic accipit Principis jus reformandi, ex ipſa religionis natura, cum neminem cogere poſſit ad

id

id admittendum, quod ſalva conſcientia admittere nequit. Mutuam vero tolerantiam, mutuum amorem, mutua officia imperare illis omnino poterit, atque imperata faciant, cogere, niſi aliter fuerit conventum. conf. §. 49.

§. 54.

Unde etiam patet, quousque verum ſit, Principes ut Principes, vi imperii quod habent, liturgias atque ordinationes Eccleſiaſticas condere, reformare atque tollere poſſe, licet peregrinis atque diverſis a ſubditorum ſacris ſint addicti. (*ii*) Quid enim de

Quia juris circa liturgias atque ordinationes Eccleſiaſticas conſtituendas, immutandas?

(*ii*) Vix ulla in re ſententiæ DD. magis variant quam in determinando jure circa Sacra. Quamvis vero plurimi Doctorum, hodie maxime, Majeſtati Principis hoc jus adhærere aſſerant; mirum tamen eſt, eos vix unquam ambitum hujus juris ſatis conſiderare, neque objecta, uti par eſt, diſtinguere, ſed plerumque in probando ſuo aſſerto ad ea provocare exempla, quæ abſque ulla difficultate Majeſtati inhærent, quæque in primis jam Seculis ab Imperantibus Ethnicis fuere exercita. Atque ita omnino video etiam Brunnemannum in J. Eccleſ. L. 1. c. 2. §. 26. oſtendere voluiſſe Imperatoribus Ethnicis jus circa ſacra Chriſtianorum fuiſſe, imo §. 30. ita eum pergere: „ Sed porro disquirendum eſt, quid ſi Princeps aliam ac diverſam „ confeſſionem habeat, & in nonnullis capitibus diſſentiat, anne tunc ſummum illud in ſacra imperium habeat? Quidni? inquit. Nemo ex ſacris literis probabit. Regem, in religionis capitibus deviantem, aliquid ſui juris amittere, neque poſſe aliquid ad pietatis culturam, ad ædificationem Eccleſiæ, ad ſopiendas novas non neceſſarias quæſtiones, ad corrigendos mores ordinare & diſponere. Sic Aurelianus

de hoc habendum ſit ſatis ſuperque me ſupra demonſtraſſe arbitror §. 35. 36. 37. Equidem ſi tempora naſcentis Chriſtianiſmi reſpicio, Apoſtolos, Epiſcopos atque Presbyteros coetibus a ſe fundatis ordinem præſcripſiſſe deprehendo; haſce ordinationes avide ab iis arreptas, neque unquam invitis obtruſas fuiſſe, utpote de integritate, ſanctitate atque ſapientia virorum Apoſtolicorum ſatis convictis; ſane per modum imperii, vel jurisdictionis Eccleſiaſticæ nihil quicquam ea in re ab iis immutatum deprehenditur, cum omnia facta fuiſſe animadvertamus, vel expreſſe vel tacite membris cœtuum Eccleſiaſticorum conſentientibus. An poteſtate propria, an delegata, quo jure talia fecerint? quæſtionem nunquam iis motam fuiſſe cernere licet. Sed patiebantur cœtus id ab iis fieri, quia perſuaſum illis erat, iis optime perſpectum eſſe, quid DEI, quid Chriſti menti conveniret; hinc etiam poſteris perſuaſum fuerat, haſce ordinationes atque ritus in primitiva Eccleſia

„Imperator licet gentilium religione imbutus, petentibus Epiſcopis, *Paulum Samoſatenum* divinitatem „Chriſti negantem, Antiochia ejecit, ſancivitque, ne „quid aliud in religione Chriſtiana ratum haberetur, „niſi quod cum Romano cæteri Italiæ Epiſcopi decernerent, hactenus Brunemannus, nec quidem male, modo indicaſſet diſtinctius, quid ſub jure circa ſacra comprehendatur, Jus enim Principis circa ſacra majeſtaticum omnibus manet ſalvum Principibus, cuicunque religioni addictis, ſiquidem pactis atque legibus publicis haud aliter fuerit conſtitutum, ſed in quæſtione eſt, quid ſub eo jure comprehendatur? exempla ſane à Brunnemanno adducta juris circa Sacra ambitum non exhauriunt, ſed talia pleraque ſunt, ut ad jura majeſtatica referri optime poſſint.

ſia ſtabilitos divinæ eſſe originis. Quod ſi juribus Principis hæc omnia annumeranda ſunt, absque crimine in rempublicam commiſſo, talia haud potuiſſe peragi, evidens eſt; Quamvis ego quidem facile largiar, praxin primitivæ Eccleſiæ noſtris Eccleſiis in omnibus normam neceſſario haud conſtituere, maxime cum hodie Eccleſia totam Rempublicam pervadat, cumque ea intime connexa ſit; cum enim primitiva Eccleſia collegia conſtituerit privata, publica autoritate nondum roborata, magnis perſecutionibus hinc inde exagitata; quibus Principes haud fuere addicti, hodie omnino poſtquam in contrarium omnia eunt, multa aliter ſeſe habere, imo obtinere debere mirum non eſt. Interim cum imperii abſoluti natura, cum indoles religionis in genere, atque Chriſtianæ in ſpecie revera immutata non ſit, id certo concludere licet, quod cum jus ordinationes, liturgias, ritus atque ceremonias cœtibus religionis cauſa conjunctis præſcribendi, nec religionis nec imperii natura majeſtaticum eſſe, nec pro lubitu Imperantium exercendum patiatur, cum ſubditorum conſcientiæ repugnet ea ipſis imperari, a quibus abhorrent, a quibus DEI præcepto, ſibi abſtinendum eſſe credunt; quod, inquam, exemplum Apoſtolorum, exemplum primitivæ Eccleſiæ, modum nobis ſuppeditet absque cauſa ſufficienti haud rejiciendum, oſtendatque per modum imperii hic nihil agendum; ſed non niſi volentibus hæc omnia conſtitui, ordinari, imo ordinata reformari, tolli; hinc ad jura collegialia hæc pertinere, ab eo exercenda, quem cœtus voluerit; hinc, ſiquidem Princeps ea exer-

 ceat,

ceat, non niſi in volentes, non niſi per modum directionis exerceri debere, niſi quatenus quædam ejus connexa imperium admittunt, reipublicæ ſalutaria, nullius vero religioni atque conſcientiæ contraria, §. 35. ſqq.

Et. ingus.

§. 55.

Plurima ſane ſupereſſent evolvenda, ſiquidem omnia juris reformandi objecta excutere animus eſſet, cum de ſcholarum, Academiarum, Clericorum moribus atque vitiis reformandis latiſſimus diſſerendi pateret campus. Sed ſatis, ut arbitror, ab aliis hæc omnia examinata atque eviſcerata ſunt; (kk) neque tantis in theoria laborant difficultatibus, quemadmodum hactenus dicta, cum abſque conſcientiæ violatione plerumque reformari poſſint; hinc ſuffecerit mihi ea demonſtraſſe, difficultatibus exſoluiſſe, futuriſque juris reformandi, Publicis legibus in Imperio Germanico Principibus atque ſtatibus Imperii aſſerti, meditationibus fundamenta ſolida præparaſſe, quibus ſenſus legum publicarum erui, praxisque imperii atque religionis indoli accommodata, ſuperſtrui poſſit. Utinam his moribus viveremus, neque ea parte plerumque reformationes fieri animadverteremus, qua minime omnium in ſacris oporteret. In univerſum enim jus reformandi in eo exerceri videris, ut ea religio, cui dominus territorii eſt addictus, inſtituatur, defendatur, propagetur, ut quæ aliena prohibeatur, coërceatur. His enim moribus utimur, ut cum vix

(*kk*) Conferri hic ante omnes meretur celeb. Cancellarii Tubingenſis Pfaffii diſſert. de Vitiis eorum, qui ſacris operantur, & medela rebus hic adhibenda; nec non Origines ejus juris Eccleſiaſtici p. 212.

vix æquis oculis intueamur alios liberiori frui aëre, aliis nihilominus eam ſalutem æternam conſequendi viam ſternere cupiamus, quam optimam nosmet judicamus. Sic invitis non damus modo beneficia, ſed etiam obtrudimus. Verum toti ferè occupamur in opinionibus propugnandis, commendandisque quibusdam ritibus externis. parum ſolliciti, quænam medicina voluntati corruptæ adhibenda ſit. Ita orthodoxus audit, quisquis de quæſtionibus ad ſymbola formulasque accommodatis reſpondere, ritibusque externis adhærere haud gravatus fuerit, utut vitam agat omni ſcelerum libidinumque genere contaminatam. Nemo quia adulter eſt, quia fur, quia homicida hæreſeos crimine periclitatur: At vel tantillum (liceat pauliſper vitulo Hennigeſii arare) in negotio fidei a receptis opinionibus diſcedere, vel ad ritus Eccleſiarum omni ex parte ſe ſuamque devotionem non conformaſſe, facinus habetur culeo propediem vel igne expiandum. Cum tamen longe minori & noſtro & Reipublicæ incommodo ferre unumquemque poſſimus, ut credat ſuo periculo, quam ut vivat, uti vult. Diſputamus quotidie de guſtibus, de odoribus, de coloribus, & mille rebus aliis, integra amicitia & fama; prout unumquemque ſua fert inclinatio, vel ſenſuum perceptio. Quæ igitur hæc non eſt inſania, quod in ſpiritualibus, ſi alter iſta non percipit, aut non eodem modo, quo ego, plusquam vatiniana odia adverſus eum exerceamus. Si principes jure reformandi uterentur ad conſervationem libertatemque ejus religionis, cui ipſi ſunt addicti, fortaſſis nihil eſſet, quod in hoc conſilio quisquam re-

reprehenderet. Sed aliorum ſacra iisdem in locis, publica fide ſtabilita, turbare, vel privatorum conſcientias cogere velle ad credendum id, quod ipſis aliter videtur, vel ad ritus ceremoniasque ſuſcipiendas, quæ horrori ipſis vel execrationi ſunt, utcunque ex errore id fuerit, res eſt non magis a ratione, quam ipſa humanitate aliena. Nam ſi errant illi infelices, docendi ſunt leniter & manſuete, erroresque iis eximendi ratione & argumentis, quibus armis unice intellectus humanus expugnari ſe patitur. Sin vero perſuaderi eis veritas non poteſt, ſive nebulis præjudiciorum, ſeu vitio educationis, ſeu denique ipſius rei abſtruſis myſteriis, quæ ſola vis divina aperit, teneantur eorum oculi mentis, quid ſævire in illos placet, quorum in poteſtate non eſt, his ſe malis, quæ non vident, ad aliorum placitum ſe liberare? quamdiu enim meliora non edocentur, in partem pietatis & officii ſui numerant, erroris defenſione conſtantiam ſuam DEO probare. conf. auctor medit. ad Inſtr. P. W. p. 251. ſqq. Id mihi ſemper, fateor, placuit, quod a Cumberlando dictum memini, nihil ſecundum rectam rationem ſtatui poſſe, in quod omnes non poſſint conſentire; hinc merito unicuique Senecæ attendendum conſulentis: *Si Vis tibi omnia ſubjicere, te ſubjice rationi. Multos reges, ſi Ratio te rexerit. Ab illa diſces, quid & quemadmodum aggredi debeas.*

FINIS PARTIS PRIMÆ.

PAR-

Digitized by Google

PARTIS SECUNDÆ
DE
INDOLE ATQUE EFFECTIBUS
JURIS REFORMANDI,
QUOD PRINCIPIBUS ATQUE STATIBUS IMPERII COMPETIT

Ex

Legum atque Actorum publicorum Senſu atque poteſtate, nec non hiſtoriarum fide adornandæ.

CAPUT I.

De Vera JURIS REFORMANDI indole, ambitu atque partibus.

§. I. *Differentia hujus partis à priori oſtenditur.*

§. II. *Cur præter leges nat. alio adhuc vinculo juris reformandi abuſibus præcavendis opus fuerit?*

§. III. *Obſcurus Juris reformandi ſenſus.*

§. IV. *An omnia jura circa Sacra ſub jure reformandi intelligantur? Uſus juris nat. circa hanc determinationem. Quale jus reformandi Summi Paciſcentes in J. P. intelligere potuerint.*

§. V. *Quo jure utantur Status in juribus circa*

ca ſacra ſibi vindicandis?

§. VI. *Quænam Jura in Sacris juri territoriali adhærere poſſint, quæ non?*

§. VII. *Reſp. ad objectionem.*

§. VIII. *Quid ſit jurisdictio, & cur jura Collegialia per modum jurisdictionis exerceri nequeant?*

§. IX. *Quomodo cum ſuperioritate territoriali combinari poſſint?*

§. X. *IV. argumentis oſtenditur Jus reformandi à jure circa Sacra eſſe diſtinctum?*

§. XI. *Quale jus reformandi intellexerint Summi Paciſcentes? quaque ratione illud exerceri poſſe voluerint ex actis oſtenditur.*

CAP. II.

De fontibus atque juſtitia JURIS REFORMANDI, quod Statibus Imperii atque in Specie Proteſtantibus competit.

§. XII. *Num Status Jus reformandi majeſtati Imperii referant acceptum?*

§. XIII. *Quo jure Principes atque Status Proteſtantes jura circa ſacra ſibi poſt reformationem vindicaverint?*

§. XIV. *Num jura in Pontificem olim tranſlata jure iterum revocari potuerint?*

§. XV. *Jura Pontifici conceſſa non niſi ſubordinate fuere conceſſa.*

§. XVI. *Jure ergo reformandi Pontifex haud exemtus.*

§. XVII. *Soli Status Imperii reformare potuerunt.*

§. XVIII. *Num Imperium Pontificis autoritatem penitus abolere poſſit?*

Cap. III.

CAP. III.

De Norma, viribus, atque limitibus, quibus Statuum Imperii JUS REFORMANDI extenditur atque reſtringitur.

§. XIX. *Spurius Juris reformandi conceptus rejicitur.*

§. XX. *Quæ regula atque norma Pace Weſtph. Juri reformandi ſit conſtituta?*

§. XXI. *Num poſita hac regula omnibus æquale jus in Sacris competat?*

§. XXII. *Num jurisdictio Eccleſiaſtica exerceri poſſit à domino in ſubditos diverſæ à ſe religionis?*

§. XXIII. *Oſtenditur plurimas jurisdictionis Eccleſiæ partes ex ipſa rei natura territorii poteſtati connatas eſſe non poſſe, per conſequens nec Dominis Catholicis in ſubditos A. C. competere.*

§. XXIV. *II. Pace Weſtphalica omnem jurisdictionem in ſubditos A. C. Catholicis eſſe ademtam, quatenus illa religionem concernit.*

§. XXV. *Exemplis theſis probatur.*

§. XXVI. *Ex prohibitis in cauſis conſiſtorialibus ad Judicium Aulicum adpellationibus roboratur.*

§. XXVII. *V. Nec Principes ſibi hanc dari poteſtatem in Pace Weſtph. petere potuiſſe.*

§. XXVIII. *VI. Aſſeritur, quod nullibi Proteſtantes hæc jura ſibi in Catholicos vindicent, quibus tamen æqualia cum Pontificiis jura fuerunt indulta.*

§. XXIX. *Num jurisdictio*

ctio Eccleſiaſtica in ſubditos poſſit transferri?

§. *XXX. Qua ratione illam exercere debeant? Et unde ſuam originem habeant Conſiſtoria Evangelicorum?*

§. *XXXI. Quousque conſiſtoria â Principe dependeant I. ratione jurium collegialium.*

§. *XXXII. II. Ratione jurium Majeſtaticorum. Et an delegatam an ordinariam habeant jurisdictionem?*

§. XXXIII. *Quanta incommoda hæc diſtinctio Germaniæ creaverit?*

§. XXXIV. *Paria tamen omnibus Conſiſtoriis A. C. ſub dominis Catholicis jura non ſunt.*

§. XXXV. *Vera dependentiæ indoles evolvitur, qua Conſiſtoria à Principe dependere dicuntur.*

§. XXXVI. *An ea hodie integra ſint Statibus Catholicis in ſubditos Evangelicos, quæ alias reſervatis Principum atque Epiſcoporum accenſentur?*

§. XXXVII. *Quid ſi vero A. C. Socii agnoverint jurisdictionem Eccleſ. Catholicorum A. 1624? quænam illa ſint, quæ A. C. nullatenus concernunt?*

§ XXXVIII. *An ſuſpenſio jurisdictionis Eccleſiaſticæ, penitus illam tollat, an ſaltim eam in Epiſcopis quieſcere faciat?*

§. XXXIX. *Oſtenditur cauſas matrimonii, divortii, diſpenſationum, juramenti, bonorum Eccleſ. &c. pertinere ad cauſas religionem concernentes.*

§. XL. *An Jus Epiſcopale Suſpenſum reviviſcere poſſit?*

§. XLI. *Caſus prætenſæ hujus reviviſcentiæ recenſentur?*

§. XLII. *Quale Jus reformandi Catholici, maxime Palatini ſibi concipiant?*

§. XLIII. *Num Palatini* Subdi-

Subditi ſtatum fixum in J.P.W. acceperint, & quemnam habeant annum decretorium?

§. XLIV. *Jus reformandi illimitatum refutatur, rationi atque intentioni Summorum-Paciſcentium contrarium eſſe aſſeritur.*

§. XLV. *Num Status ſubditos diverſa à ſe religionis tolerare debeant, quibus nec publicum nec privatum religionis exercitium Anno 1618. vel 1624. fuit?*

§. XLVI. *An tolerari debeant illi, quibus quidem in annis decretoriis religionis exercitium haud fuit quæſitum, qui tamen diu quiete fuere tolerati? An ſucceſſor quoad hunc caſum teneatur pactis Anteceſſorum?*

§. XLVII. *De obligatione Succeſſorum, quatenus pactis anteceſſorum teneantur, ulterius examinatur.*

§. XLVIII. *Num Subditis competat jus prohibendi, ubi domini Pacem vel pacta violant, de religione inita?*

§. XLIX. *An contra ſtatum Annorum decretoriorum quicquam à Domino territorii immutari poſſit cum Subditorum conſenſu?*

§. L. *Quid liceat Domino in terris pignoris nexu ſolutis; num contra ſtatum Anni 1624. jure reformandi uti poſſit?*

§. LI. *Num idem liceat in pignoribus hodie cum lege antichretica conſtitutis, quidque in præfectura Boxbergenſi contigerit?*

§. LII. *Atque in feudis morte vel felonia Vaſalli apertis? inque territoriis ſub pacto retrovenditionis venditis?*

§. LIII. *Quot modis ſtatus 1624. turbari poſſit? quomodo ſimultaneo turbetur?*

§. LIV. LV. LVI. *Simultaneum J.P. contrarium oſtenditur.*

§. LVII.

Subditorum A. C. administrare poſſit?

§. LXIX. *An nulli hodie effectus Juris reformandi reliqui ſint?*

CAP IV.

De J. R. Imperatoris atque Imperii.

§. LXX. *An Imperatori atque Imperio Jus reformandi competat?*

§. LXXI. *Num prohibere poſſit Imperator, ne alia, quam tres, in imperio religiones, toleretur à Statibus, quid reformare in Imperio poſſit?*

§. LXXII. *Quid imperium reformare poſſit ratione Jurium Papalium.*

§. LXXIII. *Quinam abuſus reſtent, dudum gravaminibus Statuum Imperii reformandi?*

Epilogus.

PAR-

Digitized by Google

PARTIS II.

CAPUT I.

De Vera JURIS REFORMANDI indole, ambitu atque Partibus

§. 1.

Differentia hujus Partis à priori oſtenditur?

VIdimus hactenus, quæ ſit natura adque indoles, quique effectus juris reformandi, quod ſummo competit Imperio ex natura religionis, rationis atque imperii unice dererminati; reſtat ergo, ut jam videamus, qualis ſit hujus juris facies poſt Pacem Oſnabrugenſem in Imperio Romano-Germanico, qua regula, quibus limitibus atque cautelis jam hodie circumſcribatur; quantumque vel incrementi vel decrementi per Pacis hujus Sanctionem Pragmaticam acceperit, quantumque â nativa ejus indole atque natura fuerit disceſſum.

§. 2.

Cur præter leges nat. alio adhuc vinculo opus fuerit abuſibus Juris Reformandi præcavendis?

Si Imperantium atque ſubditorum animi non ſolum de juribus atque officiis ſuis recte edocti eſſent, ſed & deſiderio ſincero flagrarent, ita officii rationes ineundi, ut nullis unquam affectibus neque erroribus â veræ rationis atque religionis præſcriptis deflecterent, nec jurium naturalium ſingulis competentium reſtrictionibus, nec officiorum legibus naturæ determinatorum ulteriori vinculo, deſignatione, extenſione, reſtrictione

ne pactis ſanciendis opus foret, Sed cum vitia erunt, donec homines erunt; cum triſtis experientia per tot ſeculorum ſeriem ſatis docuerit, quantum prætenſa religionis atque ſuperſtitionis vis potuerit ſuadere malorum, quamque facile ad extrema malorum procedant ij, quibus ſumma jurium poteſtas, nullis niſi divinis legibus limitata, male faciendi ſtimulum addit, maleque factorum impunitatem externam indulgere videtur; Summi Pacis Weſtphalicæ Paciscentes e re ſalutis publicæ eſſe arbitrati ſunt, juri reformandi, quod Imperii Principibus competit, certos conſtituere limites, modum atque normam, quos ultra nulli Principum procedere licitum eſſet, cum vix alium animadverterent modum, quo pax firma ſtabiliri, turbisque futuris peſſulum obdi poſſet. In quo vero hæc conſiſtant, inquirendum jam nobis eſt.

§. 3.

Competere ſtatibus Imperii immediatis, nec non immediatæ Imperii Nobilitati jus reformandi cum jure territorii & ſuperioritatis, expreſſa Pacis Weſtphalicæ art. V. §. 30. conſtitutio dubitare haud ſinit. Utinam placuiſſet Sereniſſimis Paciſcentibus æque evidenter determinare, in quonam hoc reformandi jus conſiſteret; ita enim multis dubiis, controverſiis atque turbis medela fuiſſet adhibita; ſed cum aliter illis viſum fuerit, opera nobis danda erit, an non per neceſſarias atque legitimas conſequentias eorum mentes ita aſſequi liceat, ut caſibus dubiis obvenientibus decidendis fundamenta ſubſternantur, ſiniſtrisque in- *Obſcurus Juris Reformandi ſignificatus?*

terpretationibus remora injiciatur. Id tamen ante omnia notandum erit, jura circa ſacra, quæ Imperantibus competunt, variis inſigniri prædicatis in Inſtr. Pacis, ut modo jus reformandi appellentur, art V. 30. §. 39. 42, 44. art. VII §. 1. modo jus, quod ſtatibus immediatis ratione territorii & ſuperioritatis in negotio religionis competit, ib. modo jus diœceſanum & jurisdictio Eccleſiaſtica art. V. §. 48. modo jus Epiſcopale art. VII. §. 1. modo liberum juris territorialis tam in Eccleſiaſticis, quam politicis exercitium, art. VIII. §. 1. modo jus in Sacra, art. XIII. §. 8. in fin.

§. 4.

An omnia jura circa ſacra ſub jure reformandi intelligantur?

An vero omnia modo recenſita jura, variis nominibus in Inſtr. Pacis inſignita, ſub jure reformandi, tanquam omnium complexu, contineantur, difficilis non minus quam momentoſa hodie eſt quæſtio; Quam dum evolvendam ſuſcipimus, ex primis omnino fontibus res erit indaganda. Siquidem de vi atque effectibus juris reformandi ſtatuum Imperii quæratur, in dijudicandis controverſiis circa materiam atque gravamina religionis, ad ſolam indolem atque naturam juris circa ſacra atque reformandi ex ſolis rationis atque politicis legibus determinatam, vel ideo provocari non poſſe ultro fateor, quia annus decretorius legibus publicis conſtitutus, ſolum factum, obſervantiam atque poſſeſſionem reſpicit, inſuper habito jure, petitorio, & eo, quod alias vi imperii obtinere poſſet atque deberet. vid. Friedens-Executions-Haupt-Receſs de A. 1650. §. 3. Ohne Anſehung der jurium petitorii, fürnehmlich nach dem bloſſen facto poſſeſſionis, uſus obſervantiæ &

& exercitii, die caſus liquidos ab illiquidis zu ſepariren &c. ita ut licet alias evidentiſſime demonſtrari poſſet, hæc vel illa vi majeſtatis atque juris circa ſacra, nullis legibus divinis obſtantibus, â dominis territorialibus in ſubditos exerceri poſſe, nihil tamen eo in Germania effici poſſit, ſiquidem uſus atque obſervantia anni decretorii, ſiquidem etiam leges publicæ Imperii repugnent. Attamen id negari nequit, manifeſtiſſimum uſum juris reformandi, jurisque circa ſacra ex jure naturæ, religionis atque imperii indole unice determinati, ratione Germaniæ in eo ſe prodere, ſiquidem oſtendatur, multa ad jus circa ſacra, multa ad jus reformandi referri, quibus indoles religionis atque imperii repugnat, quo minus imperio ſubeſſe, perque modum imperii exerceri poſſint. Millies licet demonſtres ſtatibus Imperii jus reformandi competere, id quod certiſſimum eſſe arbitror; fruſtra tamen quisquam exinde collegerit, habere inde ſtatus poteſtatem vi territorialis ſuperioritatis ea in ſacris ſubditorum exercendi, immutandi, quæ licet etiam expreſſe legum publicarum conſtitutione non prohibeantur, nunquam tamen ad jus Principis circa ſacra referuntur. Qualecunque enim jus Statuum circa ſacra ſit vi territorii, majus tamen non poteſt eſſe illo, quod ex abſoluto imperio ſummaque majeſtate fluit, quod quale ſit, ſupra evolvimus P. I. §. 31. ſqq. Cum vero jura Collegialia ex majeſtate non fluant §§. cit. nec dici poterit eam fuiſſe ſummorum Paciſcentium mentem, ut ea ſub jure reformandi intellecta voluerint, quæ naturaliter eo non pertinent. Certum enim eſt, tale

Uſus juris naturæ circa hanc determinationem.

Determinatio Inſtr. Pacis. jus reformandi Pacem Weſtphalicam indulſiſſe Statibus, quod *ſalva cujusque conſcientiæ libertate*, exerceri poteſt vi art. VIII. §. 1. quotiescunque vero jus reformandi ad ea extenditur, quæ ab ejus exercitio removimus P. I. §. 32. toties conſcientiæ libertas ſalva haud manet; Ergo aliud jus reformandi, jusque circa ſacra territorio annexum ſtatibus comperere nequit, quam quod deſcripſimus P. I. niſi religionem Imperantis arbitrio ſubjicere, illamque contra conſcientiam ſubditis ab Imperante obtrudi, formarique poſſe aſſerueris, quod quantum rationi repugnet evicimus §. 22. ſqq. Cur quæſo, Proteſtantes Pace religioſa tantopere ſibi proſpexerunt, ut ab omni jurisdictione Eccleſiaſtica, quantum ad religionem, fidem, conſtitutionem miniſteriorum, rituum, ordinationum atque cerimoniarum Eccleſiaſticarum liberi eſſent §. 20. Damit auch &c. imo ut iisdem in cauſis liberi eſſent ab Imperatoris aliorumque ſtatuum Imperio §. 15. und damit ſolcher Fried &c. ſiquidem ſalva conſcientia, jura circa ſacra per modum imperii circa haſce res exerceri poſſe exiſtimaſſent; quod ſi eſſet, pars majeſtatis imperii ab iis fuiſſet eliſa; cum Germanicum Imperium non minus abſoluta gaudeat majeſtate, quam cætera regna, licet Imperator illam exercere modo abſoluto nequeat.

§. 5.

Ut vero dicta diſtinctius capiantur, addendum & hoc erit: Cum Pace religioſa atque Weſtphalica ſuſpenſa ſit jurisdictio Eccleſiaſtica cum omnibus ſpeciebus §. 48. art. V. quæritur, cui

cui nam hæc in poſterum exercenda ſint commiſſa? Cum jure poſtliminii omnia ad Principes Proteſtantes rediiſſe communis aſſerat opinio, quo factum ſit, ut ea ſibi appropriaverint in ſacris jura, quæ ipſis competiere, antequam Pontificis atque Cleri ambitio talia manibus Imperatorum vi clam atque precario eripuerat; Ego quidem haud contranitor, ſed quærere tamen lubet: quo jure Principes Proteſtantes utantur in aſſerendis ſibi hiſce juribus? Sane non civili, quo per avthent. Friderici II. C. de Epiſcopis, jurisdictio Eccleſiaſtica ſecularium manibus fuit erepta; neque Canonico, utpote quod ſub pœna ſacrilegii omnes Laicos jurium circa Sacra incapaces declarare audet; ita ut nequidem per conſuetudinem jurisdictionem Eccleſiaſticam ab iis acquiri poſſe defendant Canoniſtæ Gonzalez Tellez ad c. 3. n. 14. de conſuet. Reſtat ergo, quod jura circa ſacra menſuram ſuam capiant ex Legibus Imperii publicis, & his deficientibus, ex lege naturali religionis atque imperii indole. Cum vero leges publicæ naturam juris reformandi, liberique juris territorialis in Eccleſiaſticis exercitii nullibi evolverint, vel determinaverint, ſed ſaltim modum atque regulam illius exercitio ex annis decretoriis conſtituerint, quorum poſſeſſioni conformiter quicquid juris habent Imperii ſtatus, exercere debent; nihil ergo reſtat, quam ut dicamus, jus circa ſacra, jusque reformandi, quod vi territorii Statibus Imperii competit, determinatam habere naturam ex religionis Imperii atque legum naturalium indole.

Quo jure Proteſtantes utantur in juribus circa Sacra ſibi aſſerendis?

§. 6.

Quænam jura in Sacris juri territoriali adhærere poſſint, quæ non?

Atque hinc intelligi poteſt, quænam ad jura circa ſacra territorio connexa, referri poſſint; Illa enim ad jura territorii ſive majeſtatica referri nequeunt, quæ imperium haud patiuntur; Oſtendimus autem electionem miniſtrorum Eccleſiæ, jus liturgias, ritus, cerimonias præſcribendi, feſtos dies inſtituendi, ordines ſacros ordinandi, immutandi, abolendi, formulas fidei: conſtituendi, controverſias fidei decidendi, diverſos cœtus uniendi, jus in ſacris diſpenſandi &c. per modum imperii in invitos, quibus conſcientia contraririum Imperantium juſſui inſpirat, exerceri non poſſe P. I. §. 33. 34. ſqq. & 49. ſqq. Num ergo nihilominus illa juribus ſtatuum Imperii territorialibus accenſenda eſſe putas? Sane legibus publicis (*a*) nuſpiam illa juribus territorii, adſcribuntur

(*a*) Atqui contrarium videtur concludi poſſe ex gravaminibus Eccleſiaſticis, quæ Status Proteſtantes ratione jurium circa Sacra Oſnabrugæ A. 1645. exhibuerunt, his verbis: daß die Beſtellung und Anordnung des publici exercitii religionis, Kirchen-Ordnungen und Ceremonien / und was dem ferner anhängig / immediate von dem jure territoriali dependiret / vermög des Religions-Friedens ausdrucklich / und habens ihnen Churfürſten und Stände allbereit Anno 1526. vorbehalten / in Ihren Landen es alſo zu verordnen / wie es gegen GOTT und die Römiſche Kayſerliche Majeſtät zu verantworten. vid. Cortrei obſ. ad P. R. p. 294. &c. Sect. I. nullibi dicitur, neque in dicto receſſu de Ann. 1526. neque in Pace religioſa de A. 1555. Proteſtantes talia ſibi vindicaſſe ex jure territoriali, neque enim ita ſibi ſatis conſtitiſſent in ſuis principiis, ſiquidem ſu-

buntur quod ſi tamen quis concoquere hæc nequeat, per me hæc jura territorialia agnoſcat, modo ſenſu id fiat ſupra P. I. §. 36. not. o. expreſſo. Imo ex ipſa conſcientiæ libertate, ab Imperatoris atque Imperii, addo & Pontificis atque Epiſcoporum

perioritati ſuæ id vindicare voluiſſent, quod tamen Imperii majeſtati haud ſubjectum eſſe poſſe defendebant. Reſervaverant omnino ſibi talia Proteſtantes, ſed ob conſcientiæ libertatem, à ſe utique exercenda, ſed non niſi bona civium gratia, non vero ex ſuperioritate territoriali, quod ſatis apparet ex reſponſo Proteſtantium Principum, Comitum atque civitatum A. 1541. Imperatoriæ majeſtati dato, quo jus eligendi miniſtros, Eccleſiæ vindicant, nec non jus ornandi ritus atque cerimonias, conſultumque eſſe exiſtimant, ſiquidem uni vel pluribus talia jura exercenda committantur. vid. Goldaſt. conſtit. Imp. T. II. p. 211. 2. agebatur revera in dicto gravamine de jure bona Eccleſiaſtica reformandi; quod facile admiſerim juri territoriali adſcribendum. Ipſa Auguſtana Confeſſio art. VII. P. 2. imperium ab hiſce juribus evidentiſſime diſtinguit, licet enim confeſſores Eccleſiis tribuant juriſdictionem Eccleſiaſticam, ſolicite tamen ab hac juriſdictione imperium diſtinguendum eſſe inculcant, manifeſto indicio, quod juriſdictionem Eccleſiæ tributam haud propriam, ſed impropriam intelligant, revera pro juribus collegialibus ſumtam; neque imperio civili connexam. Sane recentiori demum ætate hæc invaluere principia, talia jura territoriali poteſtati connexa, atque Principi qua Principi competere, cum alia tam Theologorum quam JurisConſultorum obtinuerint principia, licet pariter multis ex Papatu præjudiciis gravida. 3. Jus Reformandi ex jure territoriali ſibi vindicavere Proteſtantes, ſed error ſemper in eo committitur, quaſi jus reformandi omnia jura circa Sacra comprehenderet, quod quam falſum ſit, abunde evicimus; conf. infra §. 23.

rum jurisdictione hiſce in cauſis ſe liberos voluere Proteſtantes, uti §§. 16. & 20. Pacis relig. oſtendunt. Num jura hæcce minori conſcientiæ jactura atque incommodo à Statibus Imperii in Subditos diverſæ à ſe religionis, eosque invitos exerceri poſſe exiſtimas, quam quidem ab Imperio? Ego ſane nollem id ulli perſuadere; Cur quæſo tam ſolicite caverunt ſummi Paciſcentes, ne ipſi Proteſtantes, quos Lutheranos atque Reformatos dicunt, quoties dominus territorii vel religionem mutando, vel ſuccedendo, diverſam à ſubditis profitetur religionem, exercitium religionis, leges aut conſtitutiones Eccleſiaſticas, hactenus ibi receptas immutare, vel templa, ſcholas, hoſpitalia, aut eo pertinentes reditus, penſiones, ſtipendia prioribus adimere, ſuorumque ſacrorum hominibus applicare queant; neve *juris territorialis, Epiſcopalis, Patronatus, aliove quocunque prætextu ſubditis miniſtros alterius confeſſionis obtrudant, ullumve aliud præjudicium aut impedimentum directe vel indirecte alterius ſacris afferant* art. VII. §. 2. Sane ex alia id factum non fuit cauſa, quam quod agnoverint Summi Paciſcentes, talia per modum imperii ab unoquoque Imperantium exerceri non poſſe; hinc nec juribus majeſtaticis eſſe accenſenda.

§. 7.

Reſp. ad objectionem I.

At, inquis, tolli ita jura circa ſacra Statibus Imperii communi fere ore aſſerta, imminui liberum in Eccleſiaſticis exercitium Pace Weſtphalica ipſis reſtauratum, partemque horum jurium ad Eccleſiam devolvi, veteremque, errorem recoqui quo

quo imperium, quo jurisdictio aliqua Eccleſiæ tribuantur, cum tamen ipſi Eccleſiæ omne Imperium denegaverimus P. I. §. 39. Sed ſalva res eſt, omnia enim jura majeſtatica, omnisque jurisdictio proprie ſic dicta majeſtati atque territoriali poteſtati ſalva manere debent; Sed πρῶτον ψεῦδος in eo latet, quod membra atque partes jurisdictionis atque juris circa ſacra ex jure Canonico deſumantur, quod jura Epiſcopalia quantum ad jurisdictionem Eccleſiaſticam, quantumque ad jus diœceſanum jure Canonico definita, imo & Papalia majeſtati propria cenſeantur, cum hac ſaltim differentia, quod intra cujusque territorium ſe continere debeant; cum tamen quam plurima ſub iis comprehendantur, quæ quam primum per modum imperii exercentur, maxime ab iis, qui diverſæ â ſubditis ſunt religionis, non poſſunt non tyrannidem ſacram progenerare, vimque conſcientiis inferre; Cur quæſo excuſſimus jugum Papale? nonne ideo, ut nosmet â tyrannide Eccleſiaſtica liberaremus? Si eadem vindicabis Imperio civili jura, quæ Papæ, quæ Epiſcopis vindicat jus Canonicum, quæque Epiſcopi ſub jure Epiſcopali fuere complexi, eadem mala ſemper tibi erunt metuenda, quoties Princeps principia fovet tuæ religioni contraria. Supra oſtendimus jura hæc circa ſacra menſuram ſuam ex jure canonico handquaquam capere poſſe, cum totus ſcopus juris Canonici eo tendat, ut hierarchia, ut imperium ſacrum ſtabiliatur, ut omnia ad utilitatem Cleri dominantis revocentur, ut tota religio ad arbitrium Papæ atque Cleri efformata ad unitatem quocunque modo reſtringatur. Cur ergo

Proteſtantes tantopere ab his principiis diverſis, nihilominus ex impuriſſimo hoc fonte majeſtatis jura augent; cur jura ſua inde mutuantur, perſonis ſaltim mutatis? Sane vix aliunde originem duxeris plurimarum turbarum, quæ Germaniam vexant ratione religionis; reliquiarum tyrannidis Eccleſiaſticæ, haud raro etiam apud Proteſtantes occurrentis, quam quod omnia in ſacris jura ad præſcriptum juris canonici informata exercentur; cur nobis non ſufficiunt legis naturæ præcepta, religionis atque imperii indoles juribus circa ſacra conſtituendis, extendendis, limitandis? Num eſt, quod metuas, ne nimii majeſtati civili limites præſcribantur, ſi tantum illam poteſtatis habere defendas, quantum cives in eam conferre potuerunt, quantumque civitatis ſalus exigit? Num periculoſum eſt ſtatuere, nihil poteſtatis in ea habere Imperantem, in quibus Civium voluntates atque vires ad unum revocari atque per modum imperii uniri ab hominibus nequeunt, ubi cogi neſciunt? Ne quid dubii vero adhuc ſuperſit, ſequentibus velim animum advertas.

§. 8.

Quid ſit jurisdictio, & cur jura collegialia per modum jurisdictionis exercerinequeant?

Cum jurisdictio proprie ſic dicta eaque generalis ſit poteſtas cum imperio aliquid decernendi, ordinandi, exigendi; Omne vero imperium ex voluntatum atque virium civitatis unione oriatur P. I. §. 8. evidens eſt, niſi me omnia fallunt, illa ſub jurisdictione proprie dicta non contineri, quæ unionem voluntatum haud admittunt (*b*) quæ

(*b*) Jam etiam patet, quid de Jurisdictione interna, quæ clero,& externa, quæ magiſtratui tribuitur, quidque de

quæ virium unionem ſive coactionem reſpuunt: Jam velim examines partes jurisdictionis Eccleſiaſticæ juriumque circa ſacra, tunc mecum conſenties, poteſtatem miniſtros Eccleſiæ conſtituendi, liturgias ordinandi, formulas fidei præſcribendi, ritus atque ceremonias in Eccleſia introducendi, abolendi &c. ad objecta jurisdictionis propriæ ſic dictæ haud pertinere, atque jura territorii ſive majeſtatica referri haud poſſe ſecundum demonſtrata P. I. §. 34. ſqq. Hinc ſiquidem â cœtu Eccleſiaſtico uni vel pluribus adminiſtranda committantur, per modum directionis, non jurisdictionis, per modum diſciplinæ confœderatæ, ut aliis loqui volupe eſt, non per modum imperii exerceri debere, quemadmodum revera ab Apoſtolis, primisque eorum ſucceſſoribus in primitiva Eccleſia hæcce jura collegialia adminiſtrata fuiſſe animadvertimus ad exemplum Chriſti, qui Doctoris tantum munus ſuſtinuit, atque ad docendum ſe miſſum fuiſſe teſtatus eſt Luc. II. 34. id quod & Apoſtoli aperte confeſſi ſunt, aſſerentes, ſe non eſſe *Dominos* ſed *Miniſtros* Eccleſiæ 1. Cor. III, 5. 2. Cor. IV, 5. Hanc directionem, hunc ordinem, quo minus cœtus in republica viventes, ineant, impedire Imperans non poteſt, ſiquidem

diſtinctione ſentiam inter cauſas ſpirituales & civiles, quarum illas Clericis, has Laicis decidendas tradunt, ut & Principem in cauſis ſpiritualibus Clero ſubjectum eſſe aſſerant. Quicquid enim per modum jurisdictionis exerceri poteſt, illud ad magiſtratum ſpectat, ſi quis vero ea, quæ ſunt ordinis, imo & jurium collegialium ad ſpiritualia referre velit, per me id fieri poteſt, modo nemini ideo jurisdictio adſcribatur.

Digitized by Google

quidem quemque ſuâ conſcientia frui permittere debet; licet vi ſupremæ poteſtatis jus ipſi ſit prohibendi, ne quid absque ejus præſcitu, atque autoritate fiat; ne quid reipublicæ, ne quid imperio contrarium contingat; ut ſi quid harum conſtitutionum Eccleſiaſticarum publicam habere debeat autoritatem, omne id ab ipſius etiam autoritate ſuſcipiat &c. quæ omnia fuſius enarravimus P. 1. §§. 33. ſqq.

§. 9.

Quomodo jura collegialia cum ſuperioritate territoriali combinari poſſint?

Ex dictis igitur, uti arbitror, intelligitur, tantum abeſſe, ut Jus reformandi territorio annexum, omnia jura circa ſacra, omnemque jurisdictionem Eccleſiaſticam jure canonico formatam, sub ſe comprehendat, ut potius omni rationi repugnet ea ſupremæ territorii poteſtati adſcribere, quæ imperium haud patiuntur, qualia ſunt jura collegialia, quæ licet jura ſint ſacrorum, tamen non ſunt majeſtatica; quæ licet cum majeſtate combinari poſſint, uti *in Principibus Proteſtantibus id experimur*, majeſtati tamen non ſunt eſſentialia; hinc per modum imperii, reluctante conſcientia, haud exercenda; hinc a majeſtate ſeparabilia, revocabilia, ſiquidem quis deſinat eſſe membrum illius Eccleſiæ, cujus jura exercet, eaque ceſſet ratio, propter quam ea ipſi ſunt commiſſa P. I. §. 36. Ne quis vero exiſtimet, hactenus dicta Inſtrumento Pacis haud fundata, fidem dictis ex illo addere placet.

§. 10.

IV. argumentis o.

I. Liberis Imperii Civitatibus art. V. §. 29. idem jus cum reliquis Statibus Imperii compete-

re

re dicitur tam ratione *Juris reformandi*, quam NB. ***aliorum caſuum religionem concernentium*** in territoriis ſuis, manifeſto exemplo præter jus reformandi dari alia Jura circa religionem â jure reformandi diſtincta. Innuit id 2 evidenter §. 30. art. V. dum omnibus Statibus Imperii Eccleſiaſticis atque ſecularibus jus reformandi tribuitur; Siquidem enim jus reformandi totum jus circa ſacra complecteretur, num putas Epiſcopos paſſuros fuiſſe ex titulo territorii talem poteſtatem ſibi conferri, quam tamen Spiritualem exiſtimabant, quam ex vicaria Chriſti poteſtate unice derivabant, quam toto cœlo a temporali poteſtate alienam acriter ſemper defendebant? 3 Cum Cæſareæ Majestati illud non minus, quam aliis Regibus & Principibus aſſeratur §. 29 quis, quæſo, diceret Principes Catholicos, imo & Reges Hispaniæ, Portugalliæ &c. plenum jus circa ſacra, juraque Epiſcopalia exercere. Accedit 4 quod, dum omnibus ſtaticus Eccleſiaſticis atque ſecularibus jus reformandi adſcribitur, ludibrium vix tolerandum commiſiſſent ſummi Paciſcentes, ſi mox iterum ademisſent per ſuſpenſionem jurisdictonis Eccleſiaſticæ art V. §. 48. quod per jus reformandi antea conceſſiſſent, ſiquidem jus reformandi plenum jus ſacrorum ſub ſe comprehenderet. Neque obſtat, quod jus dioeceſanum atque jurisdictio Eccleſiaſtica intra terminos territorii cujusque ſe continere debeat vi dicti §. 48. hincque jurisdictio Eccleſiaſtica ſublata jam territoriis adſcribi videatur; Nam totus §.phus de Epiſcoporum ſaltem

oſtenditur in Inſtr P. jus reformandi à Jure circa ſacra eſſe diſtinctum.

ſaltim poteſtate loquitur, ratione Proteſtantium ſuſpenſa, cujus extenſio in totam, quæ antea fuerat, diœceſin inhibetur, utpote juris ſtatuum Proteſtantium factam; ſuique territorii finibus ratione Poteſtantium includitur; id quod ſatis docet ſubjuncta exceptio, qua illi adhuc hanc jurisdictionem agnoſcere tenentur, ſive intra ſive extra territorium fuerint, qui A. 1624. illam agnovere illis in rebus, quæ A. C. nullatenus concernunt. Imo, ſiquidem hoc de omnibus ſtatibus intelligeretur, nec Epiſcoporum Catholicorum jus dioeceſanum ultra ſuum territorium ſeſe extendere poſſet, ratione cæterorum Catholicorum, nec catholicis Principibus in ſuos ſubditos hæc jura ab Epiſcopis negari poſſent quod nunquam admittent Catholici.

§. 11.

Quale jus reformandi intellexerint ſummi Paciſcentes?

Evicimus evidenter jus reformandi territorio annexum totum jus circa ſacra non complecti. Penitius jam paululum indagare juvabit, quid per jus reformandi intellexerint ſummi Paciſcentes? Quod ut rite fiat, altius omnino res erit repetenda. Summis viribus jam ante Pacem religioſam id egerant Proteſtantes, ut nonſolum pro ſtatibus immediatis, ſed & mediatis atque ſubditis ſtatuum immediatorum libertatem religionis obtinerent, largituri viciſſim ſuæ religionis ſtatibus mediatis atque ſubditis eandem libertatem (c) ſed ſemper reſtitere

(c) Itaque hunc articulum Paci inſeri volebant: Doch ſollen alle Unterthanen beyder Religion ihres Gewiſſens und Bekantnuß halten, von ihren Obrig[illegible] gelaſſen werden.

reſtitere Pontificii, maxime Ecleſiaſtici. Cum res tandem ad Imperatoris decretum deferretur, quod ſubditorum libertati haudquaquam favebat, (*d*) donec tandem inſtantibus ſtatibus, die Pacem

(*d*) Ferdinandus enim Imperator antea jam declaraverat die 3. Aprilis: Daß Ihre Königliche Majeſtät die Extenſion des Religions-Friedens auff die Unterthanen keines weges könten oder wolten eingehen / ehe wolten Sie alle Handlung zerſchlagen laſſen. v. Authon pag. 129. & 413 ratio erat, quia pleræque Provinciæ hæreditariæ Auſtriacæ videbantur religionem velle mutare vid. Schulter de P. relig. c. IV. §. 2.

religioſam proxime antecedente. d. 24. September Ferdinandus edicto ſolenni caverat ſtatuum atque ſubditorum mediatorum libertati. (*e*) Maximas vero hoc edictum poſtea excitaverat lites, cum Catholici defenderent, illud Pace religioſa iterum ſublatum fuiſſe, cum nulla ejus mentio ibi facta fuerit, quemadmodum multis, expoſuit Burchartus in Avſon fol. 83. ſq. & Cranius de Pace religioſa P. II. Probl. IX. nihil enim præter flebile

(*e*) Daß der Geiſtlichen eigene Ritterſchafft und Communen / welche lange Zeit und Jahr der A. C. Religion anhängig geweſen / und derſelben Religion / Glauben / Kirchen-Gebräuch / Ordnung und Cerimonien öffentlich gehalten und gebrauchen / von denſelben ihren Glauben / Religion / &c. durch die Geiſtliche / oder jemand anders nicht gedrungen / ſondern dabey ohnvergewaltiget gelaſſen werden ſollen. vid. Cranius de Pace religioſa p. m. 150 plenius vero tota hæc res tractatur apud Corticium in Obſervat. ad Pacem relig. p. 302. ſqq. § 433. ſqq. T. II. corporis Juris publici.

bile emigrationis beneficium ſubditis ibi relictum videmus, circa quod tamen dubia usque ad compoſitionem Pacis Weſtphalicæ fuere reciprocata, an hæc emigratio voluntatis an neceſſitatis ſit? donec certi aliquid demum in ea hac de re concluderetur. Antequam vero id factum fuerat, novimus ex actis Pacis Weſtphalicæ ſane ipſam litem de novo acerrime ex utraque parte agitatam, & in utramque partem disputatam fuiſſe: *Mutandane ad libitum publicæ religionis facultas penes eos eſſet*, qui quocunque dignitatis nomine inſignes, ſuperioritatis, ut vocant, aut territorii jure ſubditis imperarent? plurimis quæſtionem negantibus, aliis affirmantibus, nonnullis affirmantium atque negantium partes temperantibus, ita ut Principi *religionem publicam* mutandi poteſtatem facerent, ſi Provincialium ordinum conſenſu juvaretur, prout totam diſputationem copioſe cum omnibus rationibus refert Pfannerus in Hiſt. P. W. L. V. P. 599. ſqq. & Adam Cortrejus multis cum deductionibus in obſerv. ad Pac. relig. p. 227. ſqq. & paſſim ib. Ex his jam ſequentes colligo concluſiones. 1. Conſtantem fuiſſe Proteſtanium ſententiam ſubditis plenam conſcientiæ libertatem inviolabiliter eſſe conſervandam. 2 Neminem ad religionem domini territorialis amplectendam cogi poſſe ſed ad minimum privatam devotionem domeſticam unicuique ſalvam relinquendam, quandocunque etiam mutaverit religionem, id quod Sueci, id quod in ultimo Trautmansdorfiano Inſtrumento ſibi adhuc ſtipulati fuerant Proteſtantes, contra-

niten-

Digitized by Google

nitentibus poſtea Catholicis. 3. Si quod ergo juri territoriali annexum voluerant Proteſtantes jus reformandi; aliud ſane illud haud voluere quam quod ſalva ſubditorum conſcientia, exerceri poſſet; Hinc 4. territorio quidem annexum voluere jus reformandi, ſed ideo, ut intelligent Epiſcopi, atque Pontifex Romanus, ipſius autoritate, hac in re opus non eſſe, quod acerrime alias defenderant; imo nec opus eſſe conceſſione Imperatoris atque Imperii, hinc tam ſolicite omnes ſibi caverant Paciſcentes, ne a quoquam in exercitio juris reformandi impedirentur Fateor Catholicis tantum non in omnibus contrariam olim fuiſſe mentem. Sed videamus jam, de quo fuerit conventum in Pace Weſtphalica. Id certum eſt, per jus reformandi intellectam fuiſſe facultatem mutandi *religionem publicam* vid. Pfanner l. c. certum etiam eſt negantium, hanc facultatem ſtatibus competere, ſententiam haud prævaluiſſe. Sed nec affirmantium abſolute obtinuit opinio, qui ad libitum facultatem mutandi religionem publicam Imperantibus aſſerebant, quibus acerbior haud videbatur diſciplina, quæ vi ſuppliciisque animorum ſalutem procurabat, qui, ubi ratio nihil proficiat, in ſubſidium pœnam admittebant. Et ab horum ſententia diſceſſum fuiſſe §, 31. demonſtrat: hoc tamen non obſtante &c ſalvaque cuivis ſubditorum aſſerta conſcientiæ libertas art. VII. §. 1. Nihil ergo reſtat, quam ut dicamus, eorum ſententiam Sereniſſimis Paciſcentibus approbatam fuiſſe, qui medii inter utramque ſententiam eam ita temperabant, ut Principi Religionem *Publicam mutandi poteſtatem fece-*

rint ſi Provincialium Ordinum, ſi ſubditorum conſenſu juvaretur. Demonſtrat id evidentiſſime §.phus 31. cum enim in §. 30. radix atque fundamentum juris reformandi ſtatibus aſſerti ſuperioritas territorialis conſtituatur, Cleroque id denegetur, atque, ne quisquam in hoc jure â quocunque impediatur, præcipiatur; jam ad modum illud exercendi procedunt ſummi Paciſcentes in §. ſq. ſanciuntque, ut in omnibus ſtatus anni 1624. ſancte obſervaretur, donec ***inter ſtatus immediatos, eorumque ſubditos mutuo conſenſu aliter erit conventum.*** ſi quod ergo ratione ſubditorum Statibus competit jus reformandi, illud tamen non niſi in conſentientes exerceri debet; in invitos enim nunquam poterit exerceri, niſi conſcientiæ libertatem violando, id quod tamen prohibitum eſt §. 34 & art. VII. §. 1. ergo neceſſario dicendum, competere Statibus Imperii jus reformandi non niſi cum conſenſu ſubditorum exercendum *(f)* niſi tales contin-

(*f*) Animadvertit id jam olim B. Coccejus in Jurisprud. Publ. c. XVIII. §. 30. quando ita inquit: Itaque in d. art. 30. ubi Statibus tribuitur jus reformandi, quæſtio non eſt inter ſtatus & eorum ſubditos (quippe in quos non poſſunt Status jus reformandi exercere d. § 31. niſi conſentientes & ex pacto d. §. 31.) Sed inter jus territorii & Clericorum jus Eccleſiaſticum, huic an illi jus reformandi exercitium ipſum cohæreat? Et jure territorii expreſſo tribuitur d. art. 30, Atque alias directo pugnarent d. §. 30, 31. 33. Id velim probe notet B. L. Jus reformandi nunquam ad interna, ſed ſolummodo ad externa ab utraque parte Paciſcentium extenſum fuiſſe, hinc ſolummodo quæſtionem fuiſſe de

Digitized by Google

contingant caſus circa religionem, quos ſalva cujusque conſcientia, ſalvis legibus publicis, Imperans tanquam abuſus ſemper tollere poteſt, de quibus diximus P. I. §. 42. Neque ſane aliter mentem Summorum Paciſcentium interpretari poſſumus, niſi hiſtoriæ, niſi rationi vim inferre, niſi etiam eos aliquid conſtituiſſe dicere velimus, omni rationi, omnique religionis atque imperii naturæ contrarium. Atque exinde denuo apparet, aliud Jus reformandi nec legibus publicis admitti atque Imperantibus conferri, quam quod evolvimus P. I. ex religionis atque Imperii natura determinatum; imo etiam illud inſigniter hodie poſt J. P. limitatum eſſe.

CAP. II.

De fontibus atque juſtitia JURIS REFORM. quod Statibus Imperii atque in ſpecie Proteſtantibus competit.

§. 12.

Cum itaque originem agnoſcat jus reformandi Statuum Imperii ſuperioritatem territorialem, art V. §. 30. ab illo fonte ut hauſerint jus reformandi neceſſe eſt, a quo accepere territorialem poteſtatem. Cum enim regalibus ab Imperatore

exercitio religionis externo ordinando, tolerando, reformando; Jam enim R. J. de A. 1555. §. 2, jus reformandi ſaltim ad externa reſtrinxerat.

Digitized by Google

inveſtiantur, quæ ipſam hanc ſuperioritatem territorialem efficiunt; cum quicquid habet poteſtatis *majeſtaticæ* atque *Imperii* Status, habeant â ſumma Imperii majeſtate; aliter ſane dici nequit, quam Status Imperii omnes jus ſuum reformandi territorio annexum acceptum ferre ſummæ Imperii majeſtati. Nec dubitandum eſt, competere hinc etiam Imperio Germanico, vi majeſtatis, jus reformandi, quod fruſtra Pontifex Romanus ſibi vindicat, ſed pariter non niſi cum omnium ſtatuum conſenſu exercendum. Eodem modo, cum Statibus Imperii liberum tam in Eccleſiaſticis, quam politicis juris territorialis exercitium competat art. VIII. §. 1. ut ab eodem fonte id hauſerint, neceſſe eſt. Inde etiam eſt, quod jam ante reformationem plurimi Principes atque Status jurisdictione Eccleſiaſtica expreſſe fuerint inveſtiti, quemadmodum id teſtantur literæ inveſtituræ ab Imperatotibus conceſſæ (g).

Num jus reformandi ſtatus Majeſtati Imrii referant acceptum?

§. 12.

(g) Ita in literis inveſtituræ Friderici III. Imperatoris Marchioniqus Badenſibus Chriſtophoro & Alberto datis A. 1475. hæc habentur verba: Mannen- und Mannſchafft/ Lehen und Lehenſchafften/ Geiſtlichen und Weltlichen zwingen/ bannen/ &c. Eadem videre licet in literis inveſtituræ â Maximiliano I. Wilhelmo Haſſiæ Landgravo conceſſis A. 1495. mit geiſtlichen und weltlichen Zwingen und Bannen vid. Hertii diſſ. de ſuperiorit. territ. p. 208. & B. Reinhardus in Meditat. de jure Principum Germaniæ circa Sacra c. II. p. 62. Et in Sigismundi Reformatione de A. MCCCCXXXVI. hiſce verbis utitur Imperator apud Goldaſtum in Reichs-Satzungen P. II. c. 10. Die Reichs-Städte ſtehen geſchrieben heilig/ dann ihnen wird empfohlen alles Recht und Göttliche Gottſeeligkeit/ und ward die Chriſtenheit

Digitized by Google

§. 13.

Nullæ ergo hic Pontificis Romani, nullæ Epiſcoporum ſunt partes, â quibus nec jus reformandi, nec jus circa ſacra accepere ſtatus Evangelici. Cum vero reviviſcentia hujus juris in ſtatibus Evangelicis plurimis multum difficultatis creet, dubiis, quo jure, quo titulo id Principes ſibi aſſerere, & qua ratione vel ab Imperatore, vel ab Imperio accipere illud potuerint; cum tot Imperatorum Friderici II. Caroli IV. Wenceslai, Sigismundi &c. privilegiis atque immunitatibus Eccleſiatum fuerit proſpectum; cum tolerandum haud ſit, ut independentia Cleri, rerumque Eccleſiaſticarum Imperiali munificentia conceſſa, per ullum Imperio Romano ſubjectum infringatur; cum jure divino poteſtas Cleri in ſpiritualibus ſit fundata &c. cum per ſolennia pacta plurima in ſacris jura Imperii ab Henrico V. atque Friderico III. in Pontifices Romanos fuerint translata; ita ut quomodo ab Imperatore talia acquirere potuerint ſtatus Evangelici haud appareat; nemo enim dare poteſt, quod ipſe non habet: ſed cum omnia jura circa ſacra vel collegialia, vel majeſtatica ſint, facile patet, quo jure Principes Evangelici jura collegialia manibus Pontificis atque Cleri Romani excuſſerint, cum illa per modum imperii in invitos, quibus conſcientia reluctatur

Quo jure ſtatus Proteſtantes jura circa ſacra poſt reformationem ſibi vindicaverint?

K 3 exerceri

durch ſie geſtärcket / und wurden Ihnen geiſtliche und weltliche Rechte empfohlen / als dem Kayſer / das Reich / &c. quod vero Civitates Imperiales ex perpetua commiſſione Imperatoris atque Imperii accipiunt, id Principes ex inveſtitura accipere notum eſt.

exerceri nequeant, minime omnium ab eo, qui Eccleſiæ, cujus hæc jura exercentur, membrum non eſt P. 1. §. 36. Quantum vero ad jura majeſtatica attinet, illa ſiquidem ab alio, quam Imperante exercentur, neceſſe eſt, ut id fiat vel pacto, vel privilegio atque beneficio, idque modo â ſummo Imperio dependenti, vel independenti, quodcunque tamen obtinuiſſe dixeris, nihilominus ſole clarius oſtendi poterit; poſitis circumſtantiis tempore reformationis obtinentibus, jure ab Imperii Statibus hæc jura revocari potuiſſe.

§. 14.

Num jura in Pontificem olim translata Jure iterum revocati potuerint?

Certum quidem eſt per pacta, per concordata Nationis Germaniæ Cæſares jus inveſtituræ Epiſcoporum, jus annatarum, pallii, collationem beneficiorum certo modo in Pontificem Romanum tranſtuliſſe, ſed non minus certum eſt, plurimos ſtatuum Imperii in id haud conſenſiſſe. Contigit etiam, ut Pontifices, ut Epiſcopi ſenſim ſenſimque jurisdictionem in perſonas Eccleſiaſticas, bona, imo ipſa dogmata atque religionem ſibi vindicaverint, certaque criminum genera ad Epiſcopalem audientiam pertraxerint (*b*) Imperatorum vel conni-

(*b*) quando Epiſcopi poteſtatem acceperint animadvertendi in mores Clericorum & ſecularium, id inter alia conſtat ex Decreto ſynodali Vernenſi, Præſide Pipino Francorum Rege A. DCLVI. c. 3. ibi: Unusquisque Epiſcoporum poteſtatem habeat in ſua parochia tam de Clero, quam de ſecularibus, ad corrigendum & emendandum, ſecundum ordinem Canonicum ſpiritualem. vid. Goldaſt. T. III. conſtit. Imp. f. 650. Ex eodem etiam patet, quando eorum poteſtas adeo extenſa fuerit, ut ſcelera & adulteria inquirere, judicare & pu-

conniventia, vel conceſſione, canonumque ſanctione. Nemo vero dixerit, quietam fuiſſe ipſorum poſſeſſionem, utpote tot gravaminibus Nationis Germanicæ perpetuo interruptam; Multo minus quisquam dixerit, ſummo Germaniæ Imperio ita manus fuiſſe conſtrictas, ut ſuæ ſaluti invigilare nequiverit, ut ſuo ſatisfacere officio, quod ſummo Imperio pro viribus communem ſalutem publicam promovendam commendat, impeditum jure fuerit, quo minus abuſus ſalutem publicam peſſundantes, reprimeret, tolleret, quo minus ruinam â Republica averteret, civesque ſuos à tyrannide defenderet, imo quo minus jure ſuo reformandi uteretur. Nec enim unquam Pontifices Imperatoribus atque Principibus ſecularibus jus denegavere, abuſus, vitia Eccleſiam atque Rempublicam devaſtantia, reformandi, atque abolendi; Imo lubentes admiſere Pontifices, brachium ſeculare talem habere poteſtatem, qua ad hæreſes extirpandas, ad ſchiſmata præcavenda, abuti poſſent; ſed volebat brachium hoc ſeculare ex ſuo dependere arbitrio; quis, quæſo, autem

 dice-

nire potuerint. Patet id ex decreto concilii Ravennenſis A. DCCCCVI. art. II. ubi hæc habentur: Ob hæc ſtatuimus, ut Epiſcopi habeant in ſua Diœceſi liberam Poteſtatem ſcelera & adulteria inquirendi, judicandi & puniendi, prout ſacri canones habent. & cum opus fuerit ad coercendos contumaces, Magiſtratus opem implorent. v. Goldaſt. c. I. f. 297. Quantum mali exinde ad Rempublicam redundaverit, eleganter Proteſtantium Legati in Gravaminibus Imperatori Rudolpho II. in conciliis Auguſtanis oblatis d. 25. April. A. MDLVI. exponunt, uti videri poteſt apud Cortreium T. II. corporis J. P. in Obſerv. ad Pacem Relig. p. 197.

diceret, Imperantem ſuo arbirrio hic nihil agere poſſe? ſane ita intrinſecum hoc jus reformandi Majeſtati eſt, ut nullo modo ab ea ſeparari atque tolli poſſit, ſiquidem finis reipublicæ obtineri debeat. (*i*) In tota enim hiſtoria tale pactum nemo deprehenderit, quo Imperium Romano-Germanicum juri ſuo renuntiaverit, quod nunquam abuſus in Eccleſiis Germanicis reformare, tyrannidem Eccleſiaſticam reprimere, ordinemque in iis conſervandum ſibi curæ habere velit; quod ſiquidem factum fuiſſet, omni etiam obligationis effectu deſtitueretur, utpote legibus naturæ manifeſto contrarium P. I. §. 16.

§. 15.

jura Pontifici olim conceſſa non niſi ſubordinate conceſſa fuiſſe oſtenditur.

Tantum ergo abeſt, ut unquam totum jus circa ſacra majeſtaticum, jusque reformandi quod Imperio

(*i*) Agnovit id Glorioſiſſimus olim Imperator Maximilianus (in edicto Oeniponte dato A. 1510. de abolendis quibusdam Germanorum gravaminibus; recenſitis enim beneficiis, quibus Patris exemplo Clericos atque Prælatos affecerat: Verum, inquit, cum ex noſtra largitate divini cultus detrimentum profluat, unde divinæ laudis, Pſalmorum & Miſſarum amplificatio debuerat proficiſci; noſtra intereſt, qui absque meritis in ſolium Romani Imperii electi ſumus, ut inter cæteras maximas Pacis atque belli occupationes, vigilantes quoque circumſpiciamus, ne *Eccleſiæ pereant, ne Religio labaſcat, ne divinus cultus diminuatur. & ne animabus defunctorum, qui Eccleſiis & ſacerdotibus de ſuo patrimonio beneſecerat, contra ultimas ipſorum voluntates tardius ſuccurratur*; Vid. Goldaſtus Receſſ. J. T. II. p. 122. & Schilterus de libertate Eccleſ. Germ. L. VII. c. I. §. 3. p. 821.

Imperio Germanico vi majeſtatis, quod ſtatibus, vi territorialis poteſtatis â majeſtate hac participantis, competit, ab Imperio fuerit evulſum, ut potius nunquam potuerit avelli, ſalva regni libertate atque independentia,, ſalvaque majeſtate; Quidquid enim in Pontificem Romanum atque Clerum translatum fuerit juris circa ſacra majeſtatici, ſive per pacta, concordata, privilegia, ſive moribus, conniventia atque uſurpationibus id factum fuerit, illud tamen non niſi ſubordinate fuiſſe conceſſum, & tanquam ab Imperio noſtro dependens, exinde patet, quia alia independens nec ſummum eſſet Imperium noſtrum, quia mutila gauderet majeſtate, Pontificemque Romanum agnoſceret ſuperiorem. Tantum vero abeſt Pontificem Romanum habere aliquam ſuperioritatem in Imperium noſtrum, ut potius ſæpiſſime, atque in ſpecie tempore Guntheri Schvvartzenburgii contra Papam Benedictum tale edictum emiſerit: *Pontificem ſecundum omnia jura divina & humana debere ſubeſſe Imperio, nec Imperatorem in temporalibus illi, aut ulli perſonæ in terris ſubjectum eſſe* v. Goldaſt. Conſt. Imp. T. III. f. 414 (*k*) Nec eſt, quod

K 5

(*n*) Merentur hic apponi nonnulli floſculi egregii Conſtitutionum Imperialium adverſus arrogantiam *Pontificum*: In comitiis Francofurtenſibus A. M CCC XXXIX. Imperatore Ludovico IV. Bavaro, damnatum eſt dogma, *per inunctionem Imperii jus ad Papam devolvi*, utpote contra ſacri Imperii libertatem, Dignitatem jura ac majeſtatem tendens. Rejiciebatur, & ut nulla declarabatur Clementina Paſtoralis 2. de ſent. & re judicata, in qua aſſeritur; *Pontificem habere ſuperioritatem ad*

quod quis exiſtimet, in ſpiritualibus tamen Pontificem ſuperiorem agnoſcendum eſſe, cum jura Imperii

ad Imperium, & vacante Imperio, Imperatori ſuccedere vid Goldaſt. Conſtit. Imp. T. III. p. 409. & 411. Cum A. MCCCXLV. Legati Cæſaris Ludovici IV. Avinione reverterentur, mandataque & ſcripta Pontificis Clementis VI. ad Auguſtum perferrent, quorum hæc ſumma erat: Cæſar Wilhelmum Occumenſem Hæreſiarcham, ejus collegas & ſocios Pontifici maximo dederet, decreta adverſus Johannem XXII. retractaret, acta reſcinderet, opprobria recantaret; edicta perpetua ſanciret, Imperium beneficium eſſe primarii ſacerdotis, nec ante Cæſarem eſſe aut vocari, quam Papa autor fieret; Cæſar Francofurdiam Proceres Imperii convocabat, mandataque Pontificis recitare jubet. Decernebatur poſtulata eſſe prava, inepta, antiquata, argutiora denique eſſe, quam ſimplicitati Chriſtianæ atque Majeſtati Reipublicæ conveniant, adeoque irrita, vanaque declarata ſunt. Hinc hodienum competere Imperatori jus confirmandi & abdicandi Pontifices ex juſta cauſa; Papamque ex diſpoſitione Concilii Generalis, eſſe Imperatoris ſubditum, abſque eo inveſtituram petere teneri ſolide oſtendit & contraria diluit Bened. Carpzov. tr. de Lege regia Germ. c. 2. Sect. IV. & V. fol. 36. ſqq. In obſervatis ad Tranſact. Paſſavienſem Cortrei p. 163. hunc locum invenio: „ *Hodie* extra controverſiam eſt, Pontificem eſſe Im„ peratore minorem, quippe quod ipſum ut Advoca„ tum & defenſorem agnoſcat, ei aſſurgat, ejus læ„ vam in ceremoniis ſolennibus claudat, ſi Imperator „ Romam veniat, Pontifex caſtrum, quod inhabitat, „ relinquere, & vel in montem di Cavallo, vel in Caſtrum di St. Angelo ſecedere teneatur; ſi Papa mo„ riatur, ſucceſſor ejus privilegiorum ac donationum „ confirmationem in conſilio ſecretiori Cæſareo petere „ teneatur. Pluribus hæc deducunt Herm. Conringi„ us de finibus Imp. Germ. L. 2. c. 21. p. 454. edit. „ Lipſ. 1680.

Imperii, cum regalia ad ſpiritualia haud pertineant, cumque tota hæc res de Hierarchia Pontificia inventis humanis, imo fraudibus ſacris ſuam debeat originem, contra Imperii majeſtatem haudquaquam alleganda, cum nulla in ſpiritualibus ſubjectio propria obtineat, nec obtinere poſſit, Imo Imperator atque ſtatus tam Catholici, quam Proteſtantes ſatis declararunt, ſe nec ſecularem, nec Eccleſiaſticam poteſtatem intra vel extra Imperium agnoſcere, Pace relig. §. 28. und ſoll alles &c J. P. W. art. V. §. I.

§. 16.

Pontifex jure Imperii reformandi haud exemtus.

Factum hinc fuerat, ut jam olim ſtatim poſt inita concordata, mortuo Calixto, Germani Proceres Imperatori perſuadere conarentur, ac Pontificibus amplius obtemperaret, niſi quædam ad pragmaticam tendentia ab ipſis prius impetraſſet, dicentes: Germanis longe pejorem conditionem eſſe Gallis atque Italis, quorum ſervi- Italorum imprimis, ni res immutarentur, merito eſſe dicebantur. Nec certe procul abfuit, quin Imperator tumultuantibus obſequeretur. Quo minus autem id fieret, graviſſima Æneæ autoritas interceſſit, narrante hæc Platina in vita Pii II. (l) Cum igitur jura circa ſacra majeſtatica maje-

(*l*) Hinc eſt, quod brevi poſt concordata tempore A. 1457. „ jam iterum reformare Pontificis abuſus decreverint, „ uti refert Martinus Meyerus Cancellarius Moguntini „ Præſulis in literis ad Æneam Sylvium tunc Cardina- „ lem datis, ubi, excogitantur, inquit, mille modi „ quibus Romana ſedes aurum ex nobis, tanquam ex „ Barbaris, ſubtili extrahat ingenio ob quas res natio „

majeſtati Imperii connexa ſint, nec alii, illa ſalva, concedi poſſint, niſi dependenter vel pacto, vel beneficio vel conſuetudine, hoc inde neceſſario ſecuturum eſſe arbitror, quod quoties ſalus publica efflagitat, illa revocari poſſint, imo debeant, ſiquidem imperantes officium ſuum negligere nolint. Jam ſi ponamus tempore reformationis jura circa ſacra in Germania exercuiſſe Pontificem Romanum, eique ſubordinatos Epiſcopos, potuiſſent tam ex ſummo jure revocari ab Imperio cum tot gravaminibus, tot moleſtiis, tot avaritiæ, tyrannidis atque ambitionis modis continuo Germaniam laceſſeret Pontifex, & millies licet ſolicitatus, nunquam medelam adhibere voluerit.

„ noſtra quondam inclyta, quæ ſua virtute, ſuoque ſan-
„ guine Romanum imperium coëmit, fuitque mundi
„ domina atque regina, ad inopiam nunc redacta, an-
„ cilla & tributaria facta eſt. - - - Nunc vero quaſi
„ ex ſomno excitati Optimates noſtri, quibus reme-
„ diis huic calamitati obviam eant, cogitare cœperunt,
„ jugumque prorſus excutere, & ſe in priſtinam vin-
„ dicare libertatem decreverunt. Erit hæc non parva
„ jactura Romanæ Curiæ, ſi quod cogitant, Romani
„ Principes effecerint. vid. Seckendorf. in hiſt. Luth.
„ L. 1. §. 2. add. IV. p. 7.

§. 17.

Soli etiam Status reformare potuerunt.

An ſoli autem Principes Evangelici Propria autoritate absque Imperatoris conſenſu id facere potuerint, reſtat ut inquiramus! Cum ſtatus Imperii ex antiqua praxi ſuperioritate territoriali gaudeant, cui annexum eſt jus reformandi; cum exercitii ejus tot exempla extent! cum in inveſtituris ab Imperatoribus conceſſis toties juris

circa

circa ſacra mentio fiat; neceſſe eſt, ut ſiquando illud jus haud exercuerint, ut vel ſponte illud alteri exercendum commiſerint, vel ut quo minus ipſi exercere potuerint, aliunde impediti fuerint. Quod variis Pontificis atque Cleri machinationibus, vi, fraude, tyrannide atque religionis ſuperſtitione ſæpius impediti fuerint, hiſtoria loquitur; neç abnuerim interdum ipſis volentibus hæc jura ab aliis in ipſorum territoriis fuiſſe exercita, imo largiamur & hoc, recte an minus jam non determino, Pontificem Rom. atque Epiſcopos jurisdictionem Eccleſiaſticam interris, ſtatuum pacto quæſitam, interdum jure poſſediſſe. Certum tamen eſſe ſupra demonſtravimus P. I. §. 5. &. 16. quod, quoties alter jure ſuo adverſus me ita abutitur, ut á me præſtari petat ea, quæ officio meo, divina lege mihi impoſito, quæ conſcientiæ meæ repugnent, toties ego non ſim obligatus, ut ipſi obediam, & ſi propoſito inſtiterit, nullaque medela ſperanda, vim opponere, atque ab injuſtis vexationibus me liberare poſſim. Poſtquam vero lux Evangelii exorta eſt, poſtquam firmiſſime perſuaſum fuerat multis Procerum Imperii, talia eſſe dogmata, talem cultum, tales abuſus Eccleſiæ Romanæ, quibus ſi adhæreant, æternæ damnationis periculo ſe expoſitum iri credebant; quis quæſo reprehenſione dignos exiſtimaverit eos, qui talia ſibi obtrudi recuſant, qui eam agnoſcere nolunt poteſtatem, quam certo ſciunt vim conſcientiæ ſuæ perpetuo illaturam eſſe, quæ vi religionis ſuæ non poteſt non diſſentientes quoſvis perſequi, omnique laborare ſtudio, ut contraria ipſi religio obtru-

Digitized by Google

obtrudatur, a qua tamen ego æternam dependere credo ſalutem, Nemo fere eſt, qui negare auſit poſſe tyranni jugum excuti, etiamſi legitimus alias fuerit Imperans, ſi in hoſtem Reipublicæ aperte evadat, *ruinamque certam Reipublicæ intentet* Quanto magis id de Pontifice dicendum. Nec vitio verti poterit ſtatibus, quod absque conſenſu Cæſaris atque Imperii id fecerint. Nam 1. Imperatoris conſenſum non fuiſſe adhibitum dici nequit; cum enim Pontifex â Luthero admonitus fruſtra imploraretur, confugit Elector Saxoniæ ad Imperatorem, ejusque advocatiam, petens ut ſua autoritate glorioſiſſimus olim Imperator Maximilianus I. & poſtea Carolus V. huic negotio conſuleret; ſed cum ab executione, non â cauſæ cognitione orſus Pontifex Lutherum proſcripſerit, cumque & Cæſaris accederet proſcriptio, non potuit aliter optimus olim Elector, quam ut vim ipſi factam omnibus modis repelleret, conſcientiæque libertatem adverſus iniquos Pontificis auſus ſibi ſuisque ſubditis vindicaret. 2. Cum Imperantis ſummi ſit omnem vim a ſua Republica avertere, quis ægre ferret Principibus in partem ſummæ majeſtatis cooptatis, ſi ſummo Imperante officium Suum negligente, ipſi ſibi ſuisque ſubditis conſulant. Neque enim ſubditis ſui defenſio plane interdicta eſt, ſiquidem Imperantes ſuccurrere nequeant; incendio exorto, ſi magiſtratus officium ſuum haud fecerit, anne ideo cives ignem extinguere prohibentur. Nemo tenetur pati vim ſuæ conſcientiæ inferri. Hinc ipſe olim Imperator Carolus V. in R. I. Spirenſi de A. 1544. §. erſtlich der ſtreitigen Religion halber,

Digitized by Google

ber, ꝛc. in fine dicit, ſe ratione officii Imperatorii ſibi incumbentis, obſtrictum eſſe controverſias ſuper religione exortas, per remedia Chriſtiana ad concordiam redigere. Et in R. I, Auguſtano A. 1525. §. und nachdem etwan ꝛc. Omnibus Imperii ſtatibus tam ſecularibus quam Eccleſiaſticis injungitur, ut verbum divinum in ditionibus ſuis in puro & ſano univerſalis Eccleſiæ ſenſu ſine ſeditione & ſcandalo doceri curent.

§. 18.

Num Imperium Pontificis auctoritatem penitus abolere poſſit?

Hoc igitur modo, hac via priſtina ſua, ſuorumque ſubditorum jura circa ſacra majeſtatica atque collegialia Pontifici, Clero atque R. extorſere ſtatus Evangelici, cum aliter ſibi ſuisque, ſuæ ſuorumque conſcientiæ conſulere nequirent, donec poſtea Pace religioſa, & denique Pace Weſtphalica cum Cæſaris atque Imperii conſenſu pleniſſime hiſce juribus reſtituti fuerunt, ut quæ ſibi vindicaverant proprio jure, jam iterum agnoſcant ab Imperatore atque Imperio, cum ſuperioritate territoriali perpetuo nexu ſibi collata, intellige majeſtatica (unde enim collegialia acceperint alibi dicitur) Nec eſt, quod quis denuo urgeat, Imperatorem atque Imperium talia jura non amplius habuiſſe, nec ergo apparere, quomodo ſtatibus Evangelicis ea conferri potuerint. Dixi enim erepta fuiſſe hæccc jura Pontifici atque Epiſcopis, idque jure factum fuiſſe oſtendi, ſed inde tamen Imperio ſuum jus ſupremum haud fuit ademtum, quis enim diceret, omne jus Imperio Romano-Germanico exſpiraſſe in ſumma Imperii officia Electoribus competentia, quamvis ab Imperatore atque Imperio legitime

legitime in eos translata; fac ea ab uno in alium transferri, quisquis illa acceperit, ſemper ut illa Imperio referat accepta, neceſſe eſt; nihil enim juris Majeſtatici in Germania exercendi ulli competere poteſt, quod non ab Imperio dependeat. Novi quidem alia eſſe Principia Aulæ Romanæ, ſed nunquam illa fuere agnita in Imperio, omnibusque legibus divinis ſanæquæ rationi manifeſte repugnant. Hinc & praxis in Imperio ſemper fuit contraria; quod ſatis inde apparet, quod talia in Pace religioſa atque Weſtphalicæ ſtatibus Evangelicis fuerint conceſſa, deque iis transactum, non attenta Pontificis proteſtatione, contradictione, nec juris Canonici contrariis ſanctionibus art. XVII. §. 2. Hinc etiam ſequi arbitror, dependere Pontificem ratione horum in ſacris jurium, quæ in Germania exercet, non minus ab Imperio, quam Ruſſorum olim Patriarcham â Ruſſiæ Imperatore, idemque circa ipſum ratione horum jurium quibusvis regnis liberis integrum eſſe conſtituere, quod noſtra ætate â Glorioſiſſimo Ruſſorum Monarcha Petro I. de Ruſſorum Patriarcha conſtitutum percepimus, maxime cum nullius jus lædatur, ſiquidem in novum eligendum Pontificem hæc jura non transferantur. Cum enim evictum ſit, jus circa ſacra, jus reformandi majeſtaticum cohærere majeſtati, falſum eſt, jura hæc neceſſario atque lege divina ab Imperio civili diſtincta eſſe; ſubruitur etiam hierarchia tot ſeculis variis moliminibus fabricata; cadit & prætenſa vicaria Chriſti poteſtas, (*m*) qui nequidem unquam his in terris imperium

(*m*) Fuit tamen hæc vicaria Chriſti poteſtas unicum olim fundamentum, quo hæcce jura ſibi vindicare at-

imperium affectavit. Si quid juris ergo ſedi Romanæ fuerit relictum in Imperio Germanico, erit hoc titulo privilegii atque muneris demandati; Omnia autem jura divina atque humana in eo conſpirant, quod privilegia, quod munera ab Imperante revocari poſſint, quoties Reipublicæ ſunt perniciosa.

L CAP.

tueri auſi ſunt Pontifices Romani. Hinc cum ſub Imp. Friderico III. brevi poſt concordata inita tempore, Imperii Proceres jura hæc Pontifici iterum adimere vellent, auſus eſt Æneas Sylvius purpura jam inſignitus poſtea Pontifex factus, hæc ad Meyerum Cancellarium Moguntinum ſcribere: Adjicimus tamen & hoc,
excellentiſſimam B. Petri Sedem, poſtquam ille mar- ,,
tyrio coronatus eſt, ſemper Romæ fuiſſe, in qua qui ,,
ſederunt, Vicariatum Chriſti tenuere, clavesque li- ,,
gandi & ſolvendi penes ſe habuere, ſive Græci, ſi- ,,
ve Itali, ſive Germani, aut ex alia gente fuere, nec ,,
unquam regni cœleſtis introire januam potuiſſe, qui ,,
Romanorum Pontificum autoritatem contumaciter ,,
contempſere, nec illis gloriandum eſſe, qui autori- ,,
tate propria leges ſibi conſtituunt, quibus pro ſuo ,,
lubitu Romanæ ſedis juſſiones ſpernere poſſint. Hos ,,
enim Catholica veritas, niſi reſpuerint ante obitum, ,,
ignis æterni mancipia ſine intermiſſione deputat. ,,
Hæc, quibus olim hodieque Romani Pontifices, ute- ,,
bantur, ſunt fulcra.

CAP. III.

De Norma, viribus atque limitibus, quibus ſtatuum Imperii JUS REFORMANDI extenditur atque reſtringitur.

§. 19.

Spurius Juris reform. conceptus rejicitur.

SEd redeundum nobis in viam eſt, unde paululum longius fuimus digreſſi. Viſum tamen fuerat operæ pretium eſſe, diſtinctius evolvere, nihil omnino Pontifici commercii jam eſſe cum jure reformandi, quod ſtatibus Imperii ratione territorii competit, utpote quod unice DEO atque Imperio Germanico referunt acceptum: Hinc ſi quos habet limites, neceſſe eſt, eos eſſe poſitos vel â DEO, vel ab Imperio, vel denique mutuis cum ſubditis pactis. Nihil juris ſummis Imperii Proceribus Pace religioſa atque Oſnabrugenſi concedi potuiſſe divinis legibus repugnantis jam præſupponimus; hinc tantum abeſt, ut jus reformandi facultatem ſignificet, pro lubitu in ſubditorum conſcientias atque religionem graſſandi, ut nihil magis legibus naturæ repugnet, imo & repugnet ſummorum Paciſcentium ſanctioni, quæ ſalvam cujusque conſcientiæ libertatem voluit, art. VII. §. 1. Mirum ſane eſt, tantis animorum motibus in congreſſu Pacis Weſtphalicæ adhuc de re tam clara diſputari potuiſſe, tamque ægre Catholicos adductos fuiſſe, ut hunc juris reformandi conceptum dimitterent,

tot

Digitized by Google

tot Imperatorum Regumque Catholicorum (*n*) dictis atque factis improbatum atque damnatum; Omni rationi contrarium, omnique religionis efficaciæ infeſtiſſimum, turbis atque ſeditionibus excitandis aptiſſimum. Minus itaque tutum fuerat, uniuscujusque religioni uſum juris reformandi relinquere, hinc præter normam atque regulam divinis legibus conſtitutam, publica autoritate, regulam atque normam addere placuit, unde jus reformandi in poſterum omnem ſuam menſuram

 capere

(*n*) Notatu digna ſunt Henrici III. jamjam morientis Regis Galliæ verba ad Proceres regni habita: *Ex religionis cauſa, quæ fortaſſe ab initio fuit, in factionem itum eſt, eam regni ordinum arbitrio permittite, hocque fixum ratumque tenete, religionem, quæ â DEO mentibus inſinuatur, ab hominibus non imperari. Thuanus* L. 96. Quis ignorat Optimi Imperatoris Maximiliani II. dictum Nullam eſſe majorem peſtem Rempublicam adminiſtrantibus, quam dominari velle conſcientiis, Et in Reſcripto ad Bar. Lazarum a Schvvendi Conſiliarium ſuum A MDLXXIV. de laniena Pariſienſi: Res pietatis gladio non volunt dijudicari, „ neque tractari, nec ſe auſus in religione violentos „ unquam approbare velle, niſi DEUS permitteret, „ ut in furorem & inſaniam prolabatur. *Imo ipſe* „ *Carolus V. Imperator Glor.* Apparebit, ait, nul- „ lam aliam compendioſiorem eſſe viam, à fide Chri- „ ſti alienos, aut in avia dilapſos, in viam reducen- „ di, & ad ſpontaneum DEI cultum reducendi, quam „ ſi verbo & ſpiritus potentia hæreſes convincantur, „ errantes Sanabilesque cum manſuetudine tractentur. „ Minime vero quisquam vi, carcere, tormentis fla- „ gris, ferro, fune, flumine, flamma ad colendum. „ Numen, cui non niſi voluntaria mentis noſtræ vi- „ ctima, & labiorum ac pectoris, non thuris, neque „ Hecatombes Sacrificium probatur, â noſtris judicibus „ cogetur: vid. Goldaſt. Conſt. Imp. T. III. fol. 517.

Digitized by Google

capere deberet, ſalva tamen ſemper norma divinis legibus præſcripta. Non enim ſine animi commotione audiverant Legati ab Ordinis Equeſtris Legato, Oppenheimium oppidum, urbem Palatinis oppignoratam, intra ſeculum decies Sacra mutare coactam fuiſſe. vid. Pfanner. Hiſt. P. W. L. V. §. 42.

§. 20.

Regula Iuri reformandi in I. P. conſtituta.

Talis regula tam evidenter paſſim plurimis in locis J. P. W. determinatur, ut merito unusquisque â patrium ſtudio alienus miretur, ullum unquam hac de re potuiſſe ſuboriti dubium. Ita enim duo conſtituuntur termini, quorum prior reſpicit reſtitutos ex capite amneſtiæ, ad annum 1618. figendus vi art. III. poſterior vero reſtitutos ex capite gravaminum, ad annum 1624. alligandus, ita quidem, ut omnibus Imperio immediate ſubjectis, reſtitutio eorum debeatur, quæ unusquisque prima die januarii poſſederit art. V. §. 2. Mediate vero ſubjectis ea reſtitui jubeantur, quæcunque quis poſſederit *quacunqe* dicti anni *parte* ib. §. 31. ita quidem, ut ſtatus atque poſſeſſio anni hujus *unicum ſolumque hujus tranſactionis, reſtitutionis, obſervantiæque futuræ fundamentum appelletur* §. 25. ib. imo inſtar *regulæ* obtinere debeat §. 33. omnibusque Imperii ſtatibus tam ſancte obſervanda injungatur, ut irritæ declarentur ratione præteriti, omnes exceptiones, quæ ex introducto alicubi locorum exercitio interimiſtico, vel anterioribus aut ſecutis pactis generalibus aut ſpecialibus, transactionibus,

bus, vel ritibus motis, cauſisque deciſis, vel etiam decretis, mandatis, reſcriptis, paritoriis, reverſalibus, litiſpendentiis, vel aliis quibuscunque prætextibus & rationibus deſumi poſſent. §. 25. & art. XVII. §. 3. ratione vero futuri, ita ſecuritati hujus poſſeſſionis conſulitur, ut nullo modo quisquam turbari poſſit, ſed ab omni perſecutione juris & facti tutus eſſe debeat. art. V. §. 25. turbati etiam *quocunque modo ſine ulla exceptione plenarie* reſtitui præcipiantur. §. 32. Eum in modum, ut *publicum religionis exercitium (o) idem maneat*, quod quovis in loco dicto anno dieque uſitatum fuit, absque unius vel alterius partis impedimento. §. 26.

(o) Quod ſi vero hoc immutari nequit, ceſſabunt etiam effectus juris reformandi, ceſſabit nova exercitii religionis publici conceſſio, quod A. 1624. non obtinuit. Atque exinde denuo apparet citra ſubditorum conſenſum jus reformandi hodie vim ſuam exerere non poſſe, cum jus reformandi conſtantiſſime ad publicum ſaltim religionis exercitium à Proteſtantibus fuerit reſtrictum, quibus tandem & Catholici conſenſere; cum enim in tractatibus Pacis Weſtphalicæ de libero A. C. exercitio religionis in Provinciis hæreditariis Auſtriacis contenderetur, hunc comitis de Trautmansdorff Legati Cæſarei diſcurſum in protocollis invenio: Herr Graff Trautmansdorff: Darinn ſey man miteinander einig / daß der Lands-Fürſt oder Hohe Obrigkeit das *Exercitium publicum* zu ändern und einzuführen Macht habe (ecce in quonam naturam juris reformandi conſtituerint Paciſcentes) was wolten dann die Unterthanen machen / wann ſie kein Exercitium hätten. Reſp. Herr Langenbeck / wann ihnen nur libertas conſcientiarum

§. 21.

Num poſita hac regula omnibus æquale jus in ſacris competat?

Neque tamen ita, ſalva licet hac regula, omnibus æquale Jus reformandi competit; denuo enim addenda erit exceptio, niſi ab Imperio pactisque aliter fuerit diſpoſitum. Eſt enim communis Imperio praxis, quod, licet omnes ſtatus ſuperioritate territorii gaudeant, tamen non omnibus æquale regalium competat exercitium, imo nonnullis quædam conceſſa haud fuerint. Quod enim Electores jus dicant ſuis ſubditis, ut nec ab eorum ſententia ipſis appellare ad ſumma Imperii tribunalia, nec hiſce eos evocare liceat, id omnibus ſtatibus commune non eſt. Cum jura ſtatuum collectandi, leges ferendi, varie videamus reſtricta, ut absque ſtatuum Provincialium conſenſu nihil hic innovare liceat, num iniquum eſſe exiſtimandum eſt, ſiquidem ratione ſuæ religionis, atque conſcientiæ ſibi proſpiciant ſubditi. Ita ſane nemo negaverit Epiſcopum Osnabrugenſem eſſe ſtatum Imperii hinc habere eum ſuperioritatem territorialem vi art. VIII. J. P. cum Superioritatem habeat, habeat neceſſe eſt ex regula ſuperioritatem in Eccleſiaſticis, atque jus reformandi, utpote territorio annexum §. 30. art. V. Nihilominus in J. P. IV. art. XIII. §. 8. id diſpoſitum deprehendimus, ut quoties Catholicus Epiſcopus in Epiſcopatu Oſnabrugenſi rerum potitur, *nihil*

rum gelaſſen würde; Herr Gr. Trautmansdorff/ wer nimbts ihnen? Sie ziehen weg: Alio loco urget exemplum Johannis Principis Anhaltini, und fraget: ob der nicht das Jus reformandi hätte? Reſp. Herr von Thunshiern Legatus Altenb. ja quoad *Exercitium publicum*; aber nicht die Leut zu zwingen/ oder aus dem Land zu treiben. vid prot. ap. Contr. in Obſerv. ad P. R. p. 410.

Digitized by Google

nihil omnino in A. C. ſacra arroget ſibi juris aut obtineat; quemadmodum viciſſim & Catholicis ſubditis cautum eſt, ſiquidem A. C. addictus Epiſcopus regimen habeat, ubi omnia hæc in ſacris jura in A. Epiſcopum Colonienſem translata videmus ib.

§. 22.

Num & in aliis ſtatibus hoc obtineat, ex intentione ſummorum Paciſcentium, ut nunquam jura circa ſacra ut vocant Epiſcopalia in ſubditos à ſua religione diverſos exercere poſſint? determinare difficile eſt, cum in publicis comitiis hanc quæſtionem diſcuſſam, nec tamen deciſam fuiſſe noverimus. Cum enim ſuperiori ſeculo in comitiis Ratisbonenſibus A. 1664. quæreretur: Num Chriſtianus Dux Megapolitanus, qui per pacta hactenus conjunctim cum ſuo agnato Guſtapho Adolpho jus Epiſcopale exercuerat, illud porro conjunctim exercere poſſit, poſtquam ad ſacra Pontificiorum tranſierat? an non potius illud ſoli agnato relinquere debeat adminiſtrandum vi J. P. In deliberatione hac de re inſtituta A. 1665. d. 21. Febr. quibusdam abſtinentibus & rem differentibus Legatus Suecicus reſpondit: daß in puncto juris Epiſcopalis Herr Hertzog Chriſtian keine quæſtion zu moviren, wann Er nur in termini. J. P. bleibe, das Conſiſtorium mit Evangeliſchen Perſonen beſetzt, ꝛc. conſenſere Gothanus atque Cellenſis: Daß ein Fürſt, wann er von der Evangeliſchen, zur Päpſtiſchen Religion tritt, ſeines vorhin gehabten Juris Epiſcopalis verluſtigt werde, nirgends zu finden, und wann man opponirten wolte, daß die Catholiſche Fürſten dergleichen

Num Jurisdictio Eccleſiaſtica exerceri poſſit à Domino in ſubditos diverſa à ſe religionis?

 Juri-

Jurium vermög der Päpſtlichen Decreten und Recht nicht fähig, würde der Hertzog opponiren, daß er ſich mit dem Papſt hierüber ſchon werde zu vergleichen wiſſen; alſo es eine exceptio wäre de jure tertii, und würde er denen Evangeliſchen ihre eigene Principia vorwerffen. vid. Schilter de Pace Relig. Imo quid noviſſime in comitiis actum fuerit atque adhuc agatur, acta publica teſtantur, Catholicis Dominis territotialibus in Subditos Evangelicos jus Epiſcopale, vi juris reformandi competens, ſibi vindicantibus, Evangelicis vero Legatis, maxime Brandenburgicis atque Brunſvicenſibus hanc theſin aſſerentibus: Nullam dominis territorialibus Catholicis in ſubditos Evangelicos in Imperio poſt Pacem Weſtph. relictam eſſe jurisdictionem Eccleſiaſticam. Svecico Legato denuo in contrarium nitente. vid. Fabri Staats-Cantzley, Tom. XLVII. p. 368. ſqq. & T. XLVIII. p. 387. ſqq.

§. 23.

Oſtenditur I. plurimas partes Juriſdictionis Eccleſiaſtica ex ipſa rei natura territorii poteſtati connatas non eſſe.

Liceat ergo id ſaltim inquirere, quid de ſenſu Pacis Weſtph. erui poſſit ex natura Imperii atque religionis; ex hiſtoria atque locis J. P. ex rationum identitate atque conſequentiis legitime illatis, ſalvo de cætero cujusque judicio, jure, atque deſiderio. Videmus hanc theſin, quod omnibus ſtatibus Imperii jurisdictio Eccleſiaſtica competat, atque hinc & Catholicis in ſubditos A. C. ex eo fundamento unice fere defendi, quod hæc jurisdictio territorio annexa ſit, cumque jure reformandi, jureque circa ſacra in omnes ſtatus translata. Sed I. nullibi invenitur, jus reformandi ſub ſe complecti jura omnia circa ſacra, multo minus jurisdictionem Eccleſiaſticam, oſtendi-

ſtendimus potius evidentiſſime hæc omnia à ſummis Paciſcentibus diſtincta à ſe invicem fuiſſe, atque neceſſerio diſtinguenda eſſe P. II. §§. 9. 10. Cum enim ſub jurisdictione Eccleſiaſtica omnia jura Epiſcopalia, iis exceptis, quæ ſunt ordinis, comprehendi communiter ſoleant; ea vero maximam partem talia ſint, quæ, licet ex mente juris Canonici ad jurisdictionem Eccleſiaſticam referantur, per modum jurisdictionis propriæ exerceri tamen nequeunt, nec majeſtati aut ſuperioritati territoriali ſunt propria, ſed collegialia P. I. §. 35. & P. II. §. 6. *ſqq* Principibus non niſi qua membris Eccleſiæ exercenda P. I. §. 36. ad collegium revocanda, quoties dominus diverſa atque contraria à ſubditis ſequitur ſacra, ib. id ſane ultro ſequi videtur, quod licet Catholici id obtineant, jurisdictionem Eccleſiaſticam territorii poteſtati vi J. P. eſſe annexam, nunquam tamen obtinere poſſint, ipſis jura collegialia exercenda competere. Nec ſane obſtat, quod communi fere ore à politicis hæc jura, quæ collegialia vocare placuit, juribus territorii adadſcribantur, atque Principi, qua Principi tribuantur; auſim enim dicere, hoc nunquam ab iis probatum eſſe, provocari etiam tantum non ab omnibus ad pacem religioſam, qua talia Principibus Evangelicis ab Imperatore atque Imperio fuerint conceſſa; ſed irriro ſane conatu, cum nuſpiam tamen vi territorii hæc ipſis relicta dicantur, uti communiter tamen exiſtimatur, ſed in favorem libertatis conſcientiæ conf. ſupra J. P. §. 6. id quod petiere, & quam ob cauſam conſtantiſſime ſe imperio haud poſſe eſſe hiſce in rebus ſub-

 jectos

Digitized by Google

jectos, defenderunt. Cur enim Proteſtantes jam A. 1626 talia in ſacris jura ſibi vindicaverint, explicant ipſi in conſilio Noribergenſium apud Hortled. de C. B. Germ. L. I. c. 8. his verbis: daß einer jeden Obrigkeit frey heimgeſetzt worden in Sachen des Glaubens alſo zu regieren, damit Abfall, Aufruhr, Unordnung und Empörung der Unterthanen vorkommen, &c. Sane ſi territoriali poteſtati hæc jura adſcripſiſſent, non video, quomodo tanta animorum conſtantia omne Imperatori atque Imperio jus potuiſſent denegare ullo modo quicquam de hiſce rebus diſponendi. Illud quidem certum eſt, jus reformandi, imo jus circa ſacra in genere ſemper à Proteſtantibus juri territoriali annexum, defenſum fuiſſe; idque merito, ratione ſane nequicquam contraria; ſed in eo poſtea male calculum poſuere Proteſtantium Doctores maxime recentiores, quod omnia jura Specialia, quæ circa ſacra objecta verſantur, eodem modo Majeſtati atque ſuperioritati territoriali ſtatuerint eſſentialia. Quod ſi tamen quis hæc jura territoriis Proteſtantium ſtatuum annexa hodie velit, ego quidem non refragabor, modo territoriali poteſtati eſſentialia haud crediderit, nec ad cujuscunque religionis ſucceſſorem ea tranſire ſtatuerit; rectiſſime enim dudum Proteſtantium Doctores obſervavere, quod licet & ſtatus Pontificii territoriali gaudeant ſuperioritate, eadem tamen in ſacris jura nequicquam habeant, vid. B. de Lyncker diſſ. de ſuperioritate ſacra §. 3. quod ſi hoc verum eſt, neceſſe eſt, ut hæc jura, licet apud Proteſtantes hodie territorio ſint annexa, alium fontem atque originem agnoſcant, quam quidem ſuperioritatem territorialem.

§. 24.

Digitized by Google

§. 24.

Quamvis ergo ne quidem natura religionis atque Imperii admittat, ut pleraque jurisdictionis Eccleſiaſticæ, ſive jurium Epiſcopalium membra â Catholicis ſtatibus in ſubditos Evangelicos exerceri poſſint, atque hæc eorum jurisdictio Eccleſiaſtica revera ſuſpenſa jam ſit, etiamſi nequicquam in Inſtr. P. hac de re diſponeretur; Videndum tamen jam nobis erit: An non ea etiam cum reliquis partibus, quæ imperium alias adhuc patiuntur, Pacis weſtphalicæ ſanctione ſit ſublata? ita ut omnis jurisdictio Eccleſiaſtica ſenſu juris Canonici efformata â nullo Domino territoriali Catholicæ religioni addicto, in ſubditos Evangelicos exerceri poſſit? Artic. V §. 48, hæc habetur diſpoſitio: *Jus dioeceſanum & tota Juris dictio Eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus* contra A. C. Electores, Principes, ſtatus comprehenſa libera Imperii nobilitate, eorumque ſubditos, *tam inter Catholicos & A. C addictos, quam inter ipſos A. C ſtatus usque* ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii religionis ſuſpenſa ſit, & intra territorii cujuſque jus dioeceſanum & jurisdictio Eccleſiaſtica ſe contineat. Quodſi vero Catholici in poſſeſſione fuerint exercitii jurisdictionis Eccleſiaſticæ in A. C. addictos, ratione ditionum ſtatuum A.C. A. 1624, 26. hoc videmus conſtitutum: Utantur eadem poſthac quoque, ſed non niſi in exigendis his penſionibus (ſcilicet reditibus, cenſibus, decimis) nec procedatur ad excommunicationem (p) niſi poſt tertiam

Pace Weſtphal. omnem jurisdictionem Eccleſiaſticam in ſubditos A. C. Catholicis ſtatibus eſſe ademtam

(p) Notari hic meretur, quod ſummi Paciſcentes in

Digitized by Google

tertiam demum denuntiationem. Ratione vero propriorum ſtatuum Provincialium atque ſubditorum hæc habentur: *qui A. 1624. Eccleſiaſticam jurisdictionem agnoverunt, in caſibus modo dictæ jurisdictioni ſubſint, qui A. Conf. nullatenus concernunt, modo ipſis occaſione proceſſus nihil injungatur A. C. vel conſcientiæ repugnans.* Ex hiſce jam ſequentia colligo. 1. Jurisdictionem Eccleſiaſticam Catholicorum in genere eſſe ſuſpenſam, nulla Epiſcoporum mentione facta, quod tamen in ſeq. §. 49 ratione civitatum mixtarum expreſſe fit, 2. ſuſpenſam eam eſſe ratione ſtatuum A. C. addictorum. 3. ratione propriorum ſubditorum, qui ejusdem A. C. religionis ſunt; idque 4. non obſtante contraria poſſeſſione A. 1624. ita, ut, licet hæc jurisdictio Eccleſiaſtica in hosce ſubditos dicto Ao. 1624. competierit, eadem tamen in illos exerceri non poſſit, niſi in rebus A. C. *nullatenus* concernentibus, ut ne quidem in Proceſſibus quicquam ipſi injungi poſſit A. C. aut conſcientiæ contrarium. Jam ſi Evangelici ſubditi in annis decretoriis immunes fuerint à dominorum Catholicorum jurisdictione Eccleſiaſtica; ſi per Conſiſtoria, perque Dominos Evangelicos illam adminiſtratam agnovere, tuum erit B. L. judicium num

tractaribus Pacis jam convenerint de hac formula: Nec procedatur ad *executionem*, niſi per tertiam demum denuntiationem, idquod etiam expreſſum conſpicitur in Inſtrumento Trautmansdorfian; menſe Jun. A. 1647. Monaſterii excuſo. Sed in monitis Cæſareis loco executionis, vocem excommunicationis poni vehementer urgebant Catholici, quibus & morem geſſere Proteſtantes: Vix tamen magnum ejus eſſe effectum, jam animadvertit Henniges in Medit. ad J. P. ad §. 48.

num deterior horum ſubditorum ex mente Paciſcentium debeat aſſe conditio, ut hodie jurisdictionem Eccleſiaſticam Dominorum Catholicorum agnoſcere teneantur, quamvis alia fuerit eorum poſſeſſio A. 1624. quamvis immunes ab ea tunc fuerint, quamvis ſancte ſit prohibitum, ne quisquam *a quocunque ulla ratione aut via* in ſua poſſeſſione turbetur; turbati vero *ſine ulla exceptione* in eum ſtatum, quo anno 1624. fuerant, *plenarie* reſtitui jubeantur; maxime cum ſummi Paciſcentes, religionis utriusque libertati atque ſecuritati ita proſpexerint, ut ad præcavenda omnia incommoda atque turbas neceſſarium eſſe judicaverint, ut exceptionem à regula anni 1624. fecerint ratione eorum etiam ſubditorum, qui jurisdictionem Eccleſiaſticam agnoverant dicto anno. *(q)*

§. 25.

(q) Cum jam tractatus hic abſolutus eſſet, multa hinc inde moveri dubia animadverteram in ſcriptis publicis de jurisdictione Eccleſiaſtica, quæ aſſertionibus meis contraria videri poſſunt, hinc paucis adhuc in annotationibus ſubjunctis lucem illis affundere, e re viſum fuit, ut tanto melius de vera legum poteſtate absque præconceptis opinionibus cuivis judicare integrum eſſet. Omne ſane controverſiæ momentum in eo poni obſervo: *Num ex regula* hodie omnibus indiſtincte Dominis territorialibus in Germania in ſubditos cujuscunque religionis jurisdictio Eccleſiaſtica conveniat? ita, ut ſi quæ ſubditi ſibi vindicant in ſacris jura, eorum poſſeſſio ipſis probanda ſit ex A. 1618. & 1624. cum præſumtio ordinarie ſit pro Domino, ſemperque onus probandi ad ſubditos devolvatur, quibus non niſi per exceptionem quicquam juris habere contigit. Sed ubi fundamenta adverſæ par-

§ 25

Accedit III. manifeſta hac de re diſpoſitio in Epiſcopatu Oſnabrugenſi, quæ enim quæſo ratio, quod ſpecialiter hiſce ſubditis proſpectum voluerint ſummi Paciſcentes? Cum Epiſcopi duplicem hodie repræſentent perſonam| Epiſcopi atque Principis; in ſe ſane non magis repugnat ab iis exerceri juris dictionem Eccleſiaſticam in A. C. addi-

tis diligentius examinantur, ſemper id deprehenditur, ab illa ſupponi Jus reformandi idem eſſe cum jurisdictione Eccleſiaſtica; Omnis enim vis argumenti, quo ex regula jurisdictionem Eccleſiaſticam Dominis territorii competere demonſtrare ſatagunt, eo redit: Omnibus ſtatibus Imperii vi ſuperioritatis territorialis competit Jus reformandi art. V. §. 30. J. P. Idque jus reformandi ſub ſe comprehendit jurisdictionem Eccleſiaſticam, ita tamen, ut ſubditis ſalva ſint relinquenda ea jura in Eccleſiaſticis, quæ A. 1624. habuerunt, ſed non niſi, *quatenus* illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare poterunt art. V. § 31. Ergo, inquiunt, ſi qua competunt jura ſubditis in Eccleſiaſticis, competunt per modum exceptionis à regula; exceptio vero eſt facti, hinc probanda; quicquid ergo probari nequit poſſeſſum à ſubditis A. 1624. jure meritoque id ſibi vindicat Princeps. Sed jus reformandi à jurisdictione Eccleſiaſtica toto cœlo diverſum quid eſſe tam ex re natura, quam ex ſummorum paciſcententium mente ſupra ſatis demonſtravi § 4. Id quidem facile largior, jus reformandi ſine aliqua jurisdictione concipi non poſſe, ſed de hoc non eſt quæſtio, cum id quæratur: Num ille, qui jure reformandi gaudet, omnia illa jura habeat, quæ alias ex ſenſu juris Canonici ad jurisdictionem Eccleſiaſticam referuntur? Id quod negamus; de aliis enim juribus peculiariter ſibi agendum eſſe exiſtimarunt ſummi Olim Paciſcentes, quod ſole meridiano clarius ex Actis P. W. patet. Cum enim his §. 30. & 31. dictum in

addictos ſubditos, quam à Principe Catholico; nec

ordinem eſſent redacti, tamen adhuc eheu! quantæ lites exortæ atque agitatæ ſunt ex utraque parte Proteſtantium atque Catholicorum, antequam de eo convenirent, num jurisdictio Eccleſiaſtica Dominorum territorialium Catholicorum penitus eſſet tollenda? conſ. intra §. 37. Id quod ſane ſemper urſerant Proteſtantes; unde ultro ſequitur, jurisdictionem Eccleſiaſticam nequaquam comprehenſam fuiſſe ſub jure reformandi; hoc enim jus ſeculare habitum, cum omnibus Regibus adſcriptum fuerit etiam â Catholicis art. V. §. 29. quod de jurisdictione Eccleſiaſtica nunquam admiſere Catholici; Nemo etiam negaverit præſumtionem hic eſſe pro Imperante, quod ordinarie ille, non alius, hoc jure gaudeat; hinc ſubditis ea jura probanda eſſe, quæ contra ius hoc reformandi ſibi viudicant; de iis enim exceptionibus omnino agitur in §. 31. quibus ſe adverſus ius reformandi tueri poſſunt; Licet enim Domini Territorii plane deſtituerentur iurisdictione Eccleſiaſtica; non tamen exiſtimandum eſt, iura in §. 31. ſubditis tributa nihil amplius operari. Ponamus enim Epiſcopum Hildeſienſem in ſubditos Proteſtantes jurisdictione Eccleſiaſtica deſtitui; ponamus etiam Hildeſiæ non niſi ſolos Proteſtantes liberum religionis exercitinm habuiſſe, poſſet nihilominus Epiſcopus Catholicis exercitium religionis liberum concedere; templa nova conſtituere, monaſteria erigere &c. niſi §. 31. ſubditis proſpectum fuiſſet; ſi enim probare poterunt ſubditi proteſtantes ipſos ſolos A. 1624. religionis exercitium Hildeſiæ habuiſſe, Epiſcopus vi juris reformandi nec ſimultaneum introducere, nec templa nova, nec monaſteria conſtituere poterit &c. Et hic quidem opus eſt, ut probent ſua jura ſubditi, an vero eodem modo res ſe habeat cum jurisdictione Eccleſiaſtica, videamus. Id certum eſt jurisdictionem Eccleſiaſticam Catholicorum in Proteſtantes eſſe ſublatam; an autem id factum fuerit intuitu Conſtatuum eorumque ſubditorum, an

nec Epiſcopos majori hic incenſos Zelo videris ſuppri-

autem etiam intuitu propriorum ſubditorum, de eo diſputant, Auſim ſane confidenter aſſerere, quod ille acta Pacis Weſtphalicæ vix inſpexerit, qui negaverit jurisdictionem Eccleſiaſticam ratione propriorum ſubditorum Evangelicorum non eſſe ſuſpenſam, id quod ſupra ſatis demonſtratum fuiſſe credo. Id ſaltim hic addere liceat: Si per §. 48. jurisdictio Eccleſiaſtica ſtatuum Catholicorum in ſubditos A. C. exercenda non fuiſſet ſuſpenſa; ſed ſi ea *ex regula* ſalva atque integra maneret, quid opus fuiſſet, illam exceptionem addere, *ut A. C. addicti ſtatus Provinciales & ſubditi modo dictæ jurisdictioni tamen ſubſint, ſiquidem illam A. 1624. agnoverint, in iis modo caſibus, qui Auguſtanam Confeſſionem nullatenus concernunt.* Quid opus, inquam, fuiſſet hac exceptione, ſi de regula ſubditi huic jurisdictioni jam fuiſſent ſubjecti; ita enim hic incongruus plane ſenſus inde ſequeretur: Licet ex regula ſubditi A.C. addicti jurisdictioni Eccleſiaſticæ ſtatuum Catholicorum ſubſint, nihilominus ſiquidem illam A. 1624. agnoverint, in iis caſibus etiam illi poſthac ſubſint, qui A. C. nullatenus concernunt. Abſit longiſſime, ut ſummis Paciſcentibus duram hanc mentem affingamus. Imo, ſiquidem jurisdictio Eccleſiaſtica ſaltim ſuſpenſa eſt ratione ſtatuum A, C. eorumque ſubditorum, unde ergo illi ſe tuebuntur ſubditi A.C addicti, qui nullam jurisdictionem Eccleſiaſticam Dominorum Catholicorum A. 1624. agnoverunt, an hi deterioris erunt conditionis, quam illi, qui eam adhuc agnoverunt? Exceptio ergo potius firmat regulam in caſibus non exceptis; ſed I. regula hæc eſt: *jurisdictio Eccleſiaſtica ſtatuum Catholicorum in ſubditos Proteſtantes ſuſpenſa eſt:* Exceptio vero hæc; niſi illam A. 1624 agnoverint. Secunda regula eſt: *Qui ſubditis A.C. A, 1624, nullam jurisdictionem Eccleſiaſticam*

ſupprimendæ â ſe diſſentientium religionis, quam Principes ſeculares, qui ſane optimi eſſent, niſi Cleri ſtimulis ſubinde exagitaren-

Catholicorum agnoverunt, illi etiam nulli in poſterum ſubeſſe debent. Exceptio eſt in §. 31. art. V. niſi mutuo conſenſu aliter fuerit conventum. Tertia regula hæc eſt: *Eam jurisdictionem Eccleſiaſticam ſtatus Catholici adhuc exercere poſſunt in ſubditos A. C. addictos, quam hi A. 1624. agnoverunt;* Exceptio vero hæc: Niſi caſus ſint, qui aliquo modo A. C concernunt; niſi etiam 2. ratione proceſſus ipſis aliquid injungatur A. C. vel conſcientiæ repugnans. Inde ergo quarta regula evidentiſſime ſequitur: *Subditi A. Confeſſioni addicti omnes â jurisdictione Eccleſiaſtica Dominorum Catholicorum penitus exemti ſunt in omnibus illis caſibus, qui eorum religionem aut conſcientiam concernunt, vel lædere poſſunt, ſive illam A. 1624. agnoverint, ſive non.* Tam clara ſane hæc omnia ſunt, ut neſciam, quid cum rationis ſpecie opponi poſſit. conf. infra §. 38. 39.

tur. (*r*) eadem omnino utrisque religio, quæ vix patitur unquam diſſentientes, ſive eorum opinione hæreticos, ſecure vivere; imo eadem cum hic ſit animorum dipoſitio, iidem affectus quæ pacem diuturnam haud futuram prædicunt,

 quis

(*r*) Opponit & hic ingenioſus auctor de Jurisdictione Eccleſiaſtica ſub nomine Sinceri, ſingularem hanc eſſe conſtitutionem ratione Epiſcopatus Oſnabrugenſis, ad alias terras haud trahendam; cum in aliis eadem ratio non obtineat, quia enim alternativa in Epiſcopatu hoc ſucceſſio obtineat, nimis periculoſum fuiſſe exiſtimat,

Digitized by Google

quis crederet de eo haud fuiſſe cogitatum in ea pace

ne ſub unoquoque regimine principia ratione jurisdictionis Eccleſiaſticæ mutarentur. Sed quæſo an non idem etiam timendum in aliis Principatibus, Comitatibus; quid ſi enim ſereniſſimus Elector Palatinus denuo ſucceſſorem Evangelicum habiturus foret? Docet ſane hiſtoria, id ſæpius in Germania contigiſſe, ut diverſos religionis Dominos terræ habuerint; Nec infrequens in Inſtr. Pacis eſt, ut, quæ ſub generali regula jam comprehenſa fuerant, denuo ſpeciali ſanctione roborentur, ut omnis cavillandi anſa præſcinderetur, ſicut ex art. W. ſatis ſuperque apparet. Imo plus adhuc conſtituitur in art. XIII. ratione Epiſcopatus Oſnabrugenſis, quam ſub generali regula §. 48. art. V. jam fuerat comprehenſum. Hic enim ſuſpenditur quidem jurisdictio Eccleſiaſtica, ſed ſi quam tamen ſubditi A.C. agnoverint A. 1624. illi aliquo modo porro ſubeſſe jubentur; Ibi vero Catholico Epiſcopo omni autoritate & jure interdicitur in Sacra Auguſtanæ Confeſſionis. Nec ſane obſtat, quod Autor ſupra citatus §. 29. Sched. ſui diſtinguat inter jurisdictionem Eccleſiaſticam, & jus in Sacra; quid ſi admiſerim hanc diſtinctionem, licet certus ſim de ea ne quidem cogitaſſe ſummos olim Paciſcentes, & dicam in effectu tamen nihil intereſſe, nihil lucrabitur autor, qui exiſtimat, jus in ſacra idem eſſe, ac jus in religionem, dogmata atque religioni connexa; imo id ſaltim exiſtimat injungi hic Epiſcopo Catholico, ut libero religionis exercitio ſubditos ſuos Proteſtantes relinquat. Atqui hoc fieri nequit, niſi omni jurisdictioue Eccleſiaſtica in eos abſtineat, cum alias non poſſint non turbari in ſua religione; cum alias infinitis modis eorum liberum religionis exercitium inhibeatur, hominesque continuis vexis ad Catholicam religionem amplectendam ſolicitentur. Neque ſatis comprehendo, quomodo jus circa ſacra à jurisdictione Eccleſiaſtica hoc in loco diſtinctum eſſe poſſit, ſi enim quæratur: quodnam objectum utriusque ſit? Aliter reſponderi

pace, quæ omnibus turbis medelam adhibere debuit. Cum Proteſtantes Principes tanto ardore tantaque conſtantia religioni ſuæ ſociis, eorumque libero religionis exercitio in Pace Weſtph.

nequit, quam ſacra conſtituere objectum horum jurium; Sacra autem communi conſenſu hucusque ea denotavere, quæ religionem, ejusque connexa concernunt, hinc vaſa ſacra, loci ſacri, miniſterium ſacrum, perſonæ ſacræ, bona ſacra &c. cui jam omni jure circa ſacra interdicitur, illius ſane poteſtati omnia hæc objecta eximuntur. Id facile conceſſerim, unumquodque ius in ſacra ſingulatim iurisdictionem Eccleſiaſticam haud denotare; ſed de eo nemo cum ratione dubitare poteſt, quod iurisdictionem hanc is habere nequeat, cui omnia iura in ſacris ſunt ablata; ſub iure enim circa ſacra in complexu ſumto, & iurisdictionem Eccleſiaſticam contineri certum eſt. Nec maiori fundamento ea nituntur, quando Autor exiſtimat his verbis: *Adverſus A. C. vero addictos plane ſublata eſto*, non ita intelligenda eſſe, quaſi jurisdictio Eccleſiaſtica adverſus ſubditos A. C. ſit ſublata. cum ea ſaltim Colonienſi Metropolitano reſervata ſint, quæ ordinis ſunt, cætera vero, quæ ſunt iuris 1. diœceſani, 2. jurisdictionis Eccleſiaſticæ & 3. quæ ſunt ſtatus Epiſcopalis, integra relinquantur Epiſcopo, A. C. per conſequens ea etiam integra ſervanda eſſe Epiſcopo Catholico in ſubditos A. C. ut nonniſi ea, quæ ſunt ordinis, ex hoc textu ipſi ablata fuiſſe probari poſſit. Sed quis quæſo crederet ex mente ſummorum Paciſcentium Catholicorum, Epiſcopo Oſnabrugenſi A. C. addicto, ſalvam relictam fuiſſe poteſtatem excommunicandi, circa bona Eccleſiaſtica diſponendi, ſtatuta Eccleſiaſtica condendi, Synodos convocandi, diſpenſandi in cauſis ieiuniorum, viſitandi &c. quæ omnia tamen ex mente iuris Canonici ad iura diœceſana referuntur. II. Quis dixerit cenſuram Eccleſiaſticam ad iura ordinis pertinere; an interdictum ſu-

conſultum cuperent, idque obtinerent, ſolis terris Auſtriacis atque Provinciis hæreditariis aliquo modo

ſpenſionis & excommunicationis ſententia ad iura ordinis pertinent, quæ tamen Pontifex ſub cenſura Eccleſiaſtica comprehendi voluit C. XX. de verb ſignif. X. Hiſtoria Paris Weſtphalicæ ſatis docet, absque diſcrimine vocabulum cenſuræ Eccleſiaſticæ ſubinde pro iurisdictione Eccleſiaſtica ab utraque parte Proteſtantium atque Catholicorum fuiſſe acceptum, licet alias accurate loquendo & in ſpecie eius pars ſaltim ſit, vid. Ill. Thomaſii nota 411. ad Lavellot. Inſtit. L. IV. tit. XII. Eodem modo male calculum mihi poſuiſſe Autor videtur, quando exiſtimat, iurisdictionem Eccleſiaſticam comprehendi adhuc ſub vocabulo ſuperioritatis, de quo textus art. XIII. § 8. ita loquitur: *Cætera ſuperioritatis & regiminis jura in Civilibus & Criminalibus A. C. Epiſcopo juxta Capitulationis leges illibata permanent*; Cum ex proteſtantium ſententia iurisdictio Eccleſiaſtica ſuperioritati ſit connexa. Sed quærere ex Dn. Autore liceat: Num ex Proteſtantium mente ea etiam ad ſuperioritatem territorialem referantur iura, quæ ſunt ordinis? ſi non, quod absque dubio exiſtimabit, quomodo ex ſuppoſito illius quædam ſuperioritatis jura â ſuperioritate exempta, ſi in loco noſtro Inſtr. P. Saltim jura ordinis Epiſcopo A. C. ſunt ademta, cum tamen quædam iura ſuperioritati ademta eſſe vocabulo: *Cætera ſuperioritatis jura &c.* aperte de monſtrent; ergo tota ſuperioritas ipſi illibata haud manet, ſed eæ ſaltim partes, quæ in antecedentibus ablatæ non fuerunt. Si enim iurisdictio Eccleſiaſtica etiam ſuperioritate hic comprehenderetur, non opus fuiſſet addere: Cætera, cum ita ex mente autoris tota ſuperioritas territorialis ipſi illibata debuiſſet conſervari, cum iura ordinis ad iura ſuperioritatis nemo facile referat.

modo exceptis, quis crederet ipſos magis ſolicitos fuiſſe pro unius Epiſcopatus ſubditis, quam pro omnibus ſuæ religioni addictis Catholicorumque dominorum ditioni ſubjectis? Hinc tanti etiam ponderis atque æquitatis hæc res viſa fuerat Sereniſſimo olim Duci Brunſuicenſi Antonio Ulrico, cum ad ſacra Romana tranſiret ut publico edicto edito die 27. May A. 1710. confiteri nullus dubitaverit, Evangelicos ſuos ſubditos cum ſuis paſtoribus atque religionis annexis *jurisdictione atque jure ipſius Epiſcopali debere eſſe in poſterum exemtos*, ob religionis mutationem, quemadmodum etiam caverat, ſub auſpiciis ſui regiminis, reverſalibus literis datis; hinc ex ſpeciali & perpetua commſſione ceſſerat jura circa ſacra Seremiſſimo Principi hæredi ſuo, vel conſilio intimiori exercenda, juribus prioribus atque prærogativis ſuis Conſiſtorio relictis; Imo tanta ſolicitudine caverat ſuis ſubditis Evangelicis glorioſæ memoriæ Princeps, ut ne quidem in aliis negotiis religionem non concernentibus, abſolutum ſibi competere voluerit arbitrium, ſiquidem aliquo ſaltim modo religionem tangerent, his verbis: Andere Verordnungen aber, ſo mit dem Puncto religionis und Evangeliſchem Gottes-Dienſt, keine verwandnis haben, behalten wir uns bevor; doch wollen wir auch darinnen uns nach denen der Evangeliſchen Kirch recipirten principiis richten und alles, was unſern Unterthanen Anſtößig ſeyn mag, nach möglichkeit vermeyden. vid. Fabri Staats-Canzley T. XVII. p. 192. *ſqq.*

Digitized by Google

§. 26.

Et cur quæſo IV. Proteſtantes ſtatus pati nolunt provocari â ſuis ſubditis â ſententiis ipſorum in cauſis conſiſtorialibus ad judicium Aulicum? Cur nolunt admittere nec Imperatoris nec Imperii jurisdictionem, neque in cauſis fidei & Religionis, neque in aliis cauſis conſiſtorialibus & matrimonialibus eſſe fundatam? imo ut plus dicam, cur id ſancitum eſt per §. 52. atr. V. I. P. omnes ſane exinde rationem petunt, quia jurisdictio Eccleſiaſtica ſuſpenſa ſit §. 48. art. v. cum omnibus ſuis ſpeciebus. vid P. Dn. Bodin. diſſ. de illicita Princip. Proteſt. provocat. in cauſis Eccleſiaſticis. An minori jure ſubditos Evangelicos contra jurisdictionem Eccleſiaſticam â Principe Catholico in ipſos exercendam excipi poſſe exiſtimas? ſi legibus Publicis non repugnat, Principem Catholicum exercere jurisdictionem Eccleſiaſticam in ſuos ſubditos Evangelicos, vereor, ut probari ſatis poſſit; imo ut Cæſarei in poſterum admiſſuri ſint, Imperatorem Auguſtiſſimum atque Imperium nihil jurisdictionis Eccleſiaſticæ in ſtatus atque eorum ſubditos exercere poſſe. Ita nequidem admittunt Poteſtantes ad Imperatorem devolvi electionem Præſulis A. C. negligente aut invicem diſcrepante Capitulo, cum jura diœceſana, & papalia, cujus generis eſt electio & devolutio ſuſpenſa ſint §. 48. & §. 19. art. V. cum Laicus, vi juris Canonici in collegiata Eccleſia eligere nequeat. C. 50. x. de elect. Ex mea ſententia adderem ego omnino & hoc: quia tales cauſæ plerumque ad Imperium haud ſpectant niſi quatenus Imperans cavet, ne turbæ, ne quid mali inde ad rempublicam redundent, pertinent

tinent ergo potius ad jura collegialia Eccleſiis propria; nec niſi ab Eccleſiæ membro exercenda.

§. 27.

Nec V. concipi poteſt, quomodo Pace Weſtphalica Catholici Principes jurisdictionem Eccleſiaſticam vi territorialis poteſtatis vel ſibi comparaverint, vel ſibi eam dari petierint, quam vi ſuæ religionis Epiſcopis crediderant propriam, ſine ſacrilegio non auferendam, cujus adminiſtrandæ ſe plane credebant eſſe incapaces. Neque enim plane de nihilo illa ratio videtur, quod Laicus Princeps jure Canonico C. 16. X. de for. comp. plane ſit incapax jurium Epiſcopalium, quæ jure divino plurimam partem Epiſcopis competere defendunt Catholici, ut ipſo jure excommunicationem incurrant, quoties eam exercent ib. C. 16. &. de for. comp. Nec ſane arbitror hanc exceptionem eſſe de jure tertii, quemadmodum nonnullis viſum fuit arbitrantibus, Pontificem facile hic diſpenſaturum eſſe, ut Laicus Princeps jurisdictionis Eccleſiaſticæ capax fieri poſſit. Nam cum de eo quæſtio ſit, quid Pace Weſtphalica fuerit determinatum, qualisque poteſtas circa ſacra in Principes Catholicos Laicos potuerit transferri, fruſtra ſane de Pontificis poteſtate diſpenſandi excipitur, cum Pontifici hiſce in juribus Pace Weuphalica determinatis omnis diſpenſandi poteſtas dudum fuerit ademta art. XVII. §. 3 Ne de eo dicam, quod certa Epiſcopalia jura divino jure Epiſcopis propria eſſe aſſerant Pontificii, non niſi per ſacrilegium ſummum â Laicis uſurpata, circa quæ tam facilem Diſpenſandi facultatem ſibimet ipſis adſcribere verentur

Nec Principes Cath. ſibi hanc dari poſſe poteſtatem, petere potuiſſe.

tur Pontifices. Majori etiam cavillatione quam ſpecié excipit hic Rittmeyerus, homo Palatinus in vind. I. R. Laicum Principem incapacem quidem eſſe jurisdictionis Eccleſiaſticæ propriæ, quæ Juri reformandi, quæ territorii ſuperioritati per Inſtrum. Pacis eſt annexa, omnibusque Imperii ſtatibus communis facta, & quam etiam Epiſcopi adhuc ſalvam poſt Pacem Weſtphalicam in ſubditos ſuos A. C. retinuerint, utpote quæ intra territorium cujusque ſe continere debeat. Vix adducor, ut mihi perſuaderi patiar, poſſe hominem ſinceræ mentis talia defendere, quæ citra gravisſimam injuriam in ſereniſſimos Paciſcentes defendi nequeunt. Quis enim crederet, tantis luſibus indulgere eos voluiſſe, eosque tam ſolicitos fuiſſe in nomine vano jurisdictionis Eccleſiaſticæ, ſive potius ſpectro removendo, re ipſa, ejusque effectibus ſalvis exiſtentibus. Eosdem enim tribuit effectus huic jurisdictioni Eccleſiaſticæ impropriæ Rittmeyerus, quales alias tribuuntur propriæ jure Canonico. Ita parum proſpectum eſſet religionis libertati, ſi hoc permiſſum voluiſſent ſummi Paciſcentes; nec mirum eſt contra ſummorum Paciſcentium intentionem, continuis motibus agitari Germaniam, poſtquam Clerus Romanus hiſce ſuis cavillationibus Principum ſuorum occupavit animos, faciles forſan ad veritati attendendum, ſiquidem Cleri artibus illa ad ipſorum aures pervenire non impediretur. Illam hanc ſuſpenſam voluere jurisdictionem Pacis Weſtph. conditores, quæ ex diverſiſſimis & plane contrariantibus religionis prinpiis informata, ſalva religionis libertate exerceri nequit adverſus ſtatus atque ſubditos A. C, finis enim Pacis VVeſtph. fuerat

fuerat, turbis cavere, religionis atque conſcientiæ libertati conſulere, colliſiones Imperii ſtatuum inter ſe, atque cum ſuis ſubditis inhibere; quod ſane nunquam obtinebitur, niſi hæc jurisdictio ab iis exerceatur, qui eorum religioni ſunt addicti, quorum jura Eccleſiæ exercent; niſique illi ab ea exercenda abſtineant, quos genius ſuæ religionis perpetuo in diſſidentium exitium animat.

§. 28.

Cum denique VI. iiſdem juribus frui debeant Catholici, quibus gaudent Evangelici, id quærere ex iis liceat: Num unquam paſſuri ſint, ut Evangelicus Princeps in terris ſuis Catholico ſuccedens, jurisdictionem Eccleſiaſticam in Catholicos exerceat? Imo num exempla ſuppetant in toto Imperio, ubi Proteſtantes Principes eam exerceant in eos etiam ſubditos Catholicæ religioni ſubjectos, quibus liberum religionis exercitium vi anni decretorii non deberetur? Quod æquum judicant pro ſe, non debent judicare iniquum contra ſe, cum inter utriusque religionis Electores, Principes ſtatus omnes & ſingulos *æqualitas* debeat eſſe exacta mutuaque, ita, ut quod uni parti juſtum eſt, alteri quoque juſtum ſit art. VI. §. 1. P. IV. (†) Mirum ſane eſt potuiſſe, ulli unquam in men- *Nullibi Proteſtantes talia jura in Catholicos exercere.*

(†) Sed ne quis exiſtimet, uti exiſtimat Sincerus de iurisdictione Eccleſiaſtica, duas hic confundi quæſtiones haud confundendas, quarum prior eſt; Num Dominus Catholicus, qui talis jam fuerat A. 1624. in ſubditos ſuos Proteſtantes habeat iurisdictionem Eccleſiaſticam vigore Inſtr. Pacis Weſtphalicæ? Altera vero: Num Dominus territotii, qui A. 1624. A. C. adhuc fuerat addictus, in caſu mutatæ religionis Evangelicæ cum Pontificia, iurisdictionem Eccleſiaſti-

mentem venire, magnam in hoc tertio eſſe diffe-
rentiam inter Clericos Catholicos atque Prote-
ſtan-

eam in ſubditos Evangelicos amittat, eamque ad ſubditos transferre teneatur? Priori quæſtione in præcedentibus excuſſa, poſteriori aliquam affundere lucem velim liceat. Id certum eſt, cum hoc ultimo in caſu ſubditi A. C. iurisdictionem Eccleſiaſtiam Domini Evangelici A. 1624. agnoverint, vix apparere, qua ratione ex poſſeſſione eius anni quicquam ſibi iuris vindicare poſſint, cum poſſeſſio, uſus, atque obſervantia tamen unicam regulam totius rei huius conſtituant; Sed re altius inſpecta facile hæc diſſipantur dubia; duo enim in terminis diſtinguit art. V. §. 31. J. P. *I. poſſeſſionem* iurium circa ſacra ex parte ſubditorum, *II. ſtatuum, Uſum* atque *obſervantiam* ex parte ſocietatis Eccleſiaſticæ. Præter poſſeſſioem enim ſubditorum & illud ſancitur, ut retineantur ea jura Eccleſiaſtica, *quatenus* illa exercita fuiſſe dicto anno probari poteſt. Ea ergo ratione & ſecundum eum ſtatum jura circa ſacra, atque iurisdictio Eccleſiaſtica (ſiquidem ex modo dicto §pho ex mente adverſariorum quicquam inferri poterit) debent exerceri, quatenus probari poteſt, illa exercita dicto anno fuiſſe: Atqui probari poteſt per dominum Evangelicum, membrum ſocietatis Eccleſiaſticæ A. C. addictum hæcce iura exercita fuiſſe; Ergo & in poſterum non niſi ab Evangelico exerceri poterunt. Accedit etiam hoc: cum id potiſſimum actum fuerit his in locis P. Weſtphalicæ, ut libertati religionis proſpiceretur, non autem ut iura acquirerentur ſubditis, niſi quatenus id ad libertatem religionis conſervandam neceſſarium fuerat; hinc licet ſubditi A. 1624. iurisdictionem Eccleſiaſticam non exercuerint, ſed Dominus eorum territorialis, Evangelicæ religioni adhuc adhærens, hoc tamen non obſtat, quo minus ſubditi poſtea, ubi Dominus religionem mutaverit, illam acquirant, cum Dominus iam inhabilis evadat iurisdictionis huius gerendæ in

Digitized by Google

ſtantes, ſicuti Rittmeyero viſum fuit, cum & noſtris Doctoribus communi ore confitentibus, hi

ſubditos Proteſtantes; Cum omnis iurisdictio Eccleſiaſtica Catholicorum in A. C. addictos ſuſpenſa ſit, exceptis illis caſibus, quos in antecedentibus memoravimus. Sufficit enim talem fuiſſe ſtatum Evangelicorum in his vel illis terris A. *1624* ut jurisdictio hæc â membro ſuæ Religionis, qualo fuerat tunc Princeps, fuerit exercita; hic ſtatus erit conſervandus ob poſſeſſionem non perſonalem, ſed realem, acquiſitam toti Coetui Eccleſiaſtico A. C. addicto. Hoc enim ſenſu inhabiles eſſe ſubditos huius iurisdictionis probari nequit, utpote cujus contrarium ſatis infra adſtruximus, Principis enim imperio ideo haud ſubtrahuntur, cum in cæteris religionem non tangentibus illi ſubeſſe debeant; imo nec generalis inſpectio in adminiſtrationem jurium circa Sacra ipſi facile denegabitur, qua cavet, ne quid inde detrimenti capiat reſpublica, modo legitimum horum jurium exercitium detrimentum, aut periculum inde non patiatur

Atque hæc ſufficere poſſent, niſi adhuc quædam dubia meis aſſertionibus ſupra P. I. & II. expoſitis contraria animadverterem. Scilicet aſſerueram cum autore Examinis Vindiciarum Juris reformandi, rationi contrarium eſſe, ut res Eccleſiaſticæ ab iis dirigerentur, qui diverſæ ſunt religionis, quorum religioni adeo repugnat bonum atque ſalutem ejusmodi ſocietatis promovere, ut potius quovis modo perniciem illi intentare conſcientiæ ſtimulis agitentur. Exiſtimat autor ſupra citatus, contra rationem id non eſſe, licet rationi conveniens haud ſit, maxime ſiquidem id fieret illius religionis Principiis conformiter, cum rarum id in Germania non ſit, ut modo Evangelici Catholicis, modo Catholici Evangelicis nominent Paſtores, quod pariter rationi conveniens non ſit. Nolo jam diſcutere, an id contra rationem, an ſaltim rationi conveniens non ſit; id ſaltim obſervaſſe juvabit

hi Magiſtratui ſeculari ſubeſſe dicantur, illi vero à poteſtate civili exemti aſſerantur. Vellem enim unicum ſcire, qui ex Proteſtantium Doctoribus docuerit, Clerum Pontificium jure a poteſtate ſeculari debere eſſe immunem. Conſtans enim Proteſtantium theſis eſt, omnes, quicunque in ſtatu civili vivunt, poteſtati civili debere eſſe ſubjectos, vi Apoſtolici mandati Rom XIII. De facto vero Clerum Pontificium ſe exemtum velle ſcimus atque indignamur. At, ais, idem futurum ergo, ſiquidem Princeps Catholicus in terris Evangelicis ratione ſuorum ſubditorum Evange-

autorem citatum ſatis liberalem eſſe, dum id concedit quo tota ipſius machina cadit. Scilicet concedit is, rationi id conforme haud eſſe, ut is res Eccleſiaſticas dirigat ejus cœtus, à cujus religione ipſe plane alienus eſt. Si hoc eſt, ergo jurisdictio Eccleſiaſtica regulariter hoc in caſu haud præſumitur ſuperioritati territoriali connexa, irregularia enim, quale concedit hoc eſſe Autor noſter, non præſumuntur; quæ rationi non conveniunt, illa ſane neceſſario ex natura alicujus rei haud ſequuntur; natura enim rerum lege naturali determinatarum non niſi effectus prodit quam maxime rationi convenientes; ſiquid rationi adeo conveniens non ſit, exceptio ut doceatur, neceſſe eſt. Vel invitus ergo autor non poteſt non admittere, de regula id non eſſe, quod Domino Catholico in ſuos ſubditos Evangelicos jurisdictio Eccleſiaſtica competat, ſed per exceptionem id ipſi probandum eſſe, id quod optime Inſtr. Pacis Weſtph. convenit, ut ſupra demonſtratum fuit. Quis, quæſo, diceret, jus patronatus ex regula competere Catholico præſentandi Paſtorem Eccleſiæ Evangelicæ, irregularia hæc ſunt, ob neceſſitatem admiſſa, hinc facti, atque hinc probanda; tantum abeſt, ut regulam conſtituere poſſint.

Digitized by Google

Evangelicorum jurisdictione Eccleſiaſtica privaretur; futurum ita, ut jus reformandi territorio annexum Principi adimatur, ut jura, quemadmodum vocant, Epiſcopalia in ſubditos trans fundantur, utque territorialis ſuperioritas dividatur; imo ſecuturum ita, non omnibus Imperii ſtatibus æqualem competere ſuperioritatem territorialem, cum tamen omnibus liberum in Eccleſiaſticis atque politicis ſuperioritatis exercitium tribuatur art. VIII. §. I. ſed ut omne dubium tibi eximatur B. L. velim ſequentibus attendas. Omnibus omnino ſtatibus æquale competere jus reformandi originaliter arbitror vi §. 30. ſed certum eſt, omnia jura varie pactis denuo reſtringi poſſe. 2. cum jus reformandi hodie non niſi cum ſubditorum conſenſu, exerceri debeat ſupra §. II. mirum haud eſt, variare hic hujus juris effectus ratione diverſorum Principum. Quod majus ſit hujus juris exercitium in Principe Evangelico, non niſi ſubditos Evangelicos non ſubſe habente, quam in eo, qui Catholicos ſub ſe habet, quibus liberum religionis exercitium cum omnibus annexis, quibus A. 1624 gaviſi fuere, relinquere debet, quis dubitaret etiam ex Catholicis? Illorum enim ritus atque cærimonias ſi mutaverit, fiet id ipſis non repugnantibus, ſalva eorum conſcientia; Si vero jure repugnarent, ſuamque religionis libertatem lædi conquererentur; ſi idem circa eorum religionis exercitium immutare conaretur. Hinc ſedulo, diſtinguenda erunt ea, quæ ad jus reformandi territorio annexum, quæ ad jurisdictionem proprie dictam pertinent, ab iis, quæ ad collegialia jura ſpectant, quæ ex ipſa rei natura abſtra-

ademta, frequentiſſima Germaniæ praxis teſtatur. Nihil ergo repugnat, ſiquidem Jus reformandi, ſiquidem juriſdictio Eccleſiaſtica legibus vel pactis fuerint limitata, vel in ſubditos translata. (*s*)

§. 29.

(*s*) Eodem modo jam olim durantibus tractatibus Weſtphalicis hanc Catholicorum Objectionem diſcuſſam fuiſſe à Doctore Platnero Conſiliario Saxo, Vinarienſi deprehendo in diſquiſitione de ejectione ſubditorum A. C. ex terris Catholicorum, apud Cortrei. in obſerv. ad P. Rel. relata p. 233. Digna ſunt ejus verba, quæ hic legantur p. ib. 242. Unterdeſſen ſo wird gleichwohl ungründlich angezogen / als ob denen Statibus Romano-Catholicis die juriſdiction über ihre Unterthanen / ja die gantze Landes-Direction durch dieſe Declaration (Ferdinandi I. ſcilicet de 24. Sept. 1555. de qua ſupra §. 10. quæ de novo vel maxime urgebatur in tractatibus P. W.) benommen würde. Dann man fingire den Fall wie man will / ſo kan doch dieſes præſuppoſitum nicht verificirt werden. Tritt ein Evangeliſcher Reichs-Stand von der Evangeliſchen Religion ab / und begibt ſich zu dem Papſtthumb / oder fallen einem Päpſtlichen Reichs-Stand Land und Leuthe an / welche der Augſpurgiſchen Confeſſion verwandt ſind / ſo bleibet dem Reichs-Stand doch nichts minders die Landes-*Direction tam in Secularibus quam Eccleſiaſticis*, nur daß er nicht nach ſeinem Kopff / ſondern nach denen Landes- und Kirchen-Ordnungen dirigiren muß; Alſo wann in einem Lande unter den Land-Ständen beeder Religion gebräuchlich / ſo dirigiret der Landes-Fürſt beede Theile / doch iedes nach ſeinen hergebrachten Ordnungen / daß alſo denen Reichs-Ständen in Ihrer Juriſdiction und Landes-Direction, wann Sie dieſelbe nach des Landes- und Kirchen-Ordnungen anſtellen / ja ſo wenig / als einem Römiſchen Kayſer an der Direction des Reichs abgehet / wann Er daſſelbe nicht abſolute beherrſchen / ſondern ſich nach der Kayſerlichen Capitulation und

ſtas ſuprema in ipſos transfundi potuerit; ita nec repugnabit certorum regalium exercitium transferri in ſtatus Provinciales ſive ſubditos, ſalva tamen á ſuperioritate territoriali dependentia. Neque enim ideo independentes ab Imperii majeſtate dixeris Imperii ſtatus, quia territoriali gaudent ſuperioritate; multo minus ergo dicendum erit, ſtatus Provinciales atque ſubditos, licet jurisdictione Eccleſiaſtica privative gaudeant, eam independenter exexcere â Principe, vel ut clarius mentem percipias, nullam hic â Principe agnoſcendam eſſe ſubordinationem. Manent enim ejusmodi ſtatus Vaſalli atque ſubditi Principis poteſtati ſubjecti; Retinet etiam Princeps in exercentes talem jurisdictionem, tantum adhuc poteſtatis, quantum Legibus publicis, quantum pactis, quantumque ex imperii natura ipſi ſalvum eſſe debet; quod idem ad Imperatorem atque Imperium tuto applicari poſſet, cui jus circa ſacra in tantum ſalvum eſt, in quantum Leges publicæ, pacta, religionis atque Imperii natura id patiuntur. Mirum eſt, dubia hic, eaque ad §. anteced. jam memorata, ab iis necti, qui Prncipum atque ſtatuum cauſam defendere conantur; ſcilicet ita ſtatum in ſtatu exoriturum; ſuperioritatem territorii diviſum iri, ſiquidem jurisdictio Eccleſiaſtica in ſubditos transferri poſſit. Namque ita & ſtatuum Imperii cauſa jugulatur, quorum ſuperioritas territorialis, jus reformandi, atque jurisdictio intuitu Auguſtiſſimi Imperatoris atque Imperii nullo modo ſalva eſſe poſſent, ſiquidem huic objectioni locus fieret. Sufficit enim, quod omnia hæc jura, quæ imperio neceſſario connexa

ſunt;

ſunt; ab uno fonte promanaverint, ſuique originem vel Imperii majeſtatem, vel Principum atque ſtatuum agnoſcant ſuperioritatem. Nec eſt, quod quis exiſtimet, ita priſtina ſacerdotii jura revocatum iri; ita Hierarchiam Eccleſiaſticam independentem de novo conſtitui, toties â proteſtantibus, condemnatam. Nam inſignis omnino adhuc remanet differentia I. Clerus enim Romanus hanc ſibi vindicat jurisdictionem ab Imperio civili independentem, ſuo ſolo arbitrio adminiſtrandam; Evangelici vero, quocunque titulo eam acquiſiverint, ſemper Imperio civili agnoſcunt ſubordinatam, dependentem, intellige ratione originis, non ſemper ratione exercitii, quaſi in ea exercenda ab arbitrio Principis tamen dependerent; quod omnino cavendum eſt, ne dicta male intelligantur. 2. Clerus Romanus hanc jurisdictionem ad ea etiam extendit, quæ imperio haud poſſunt eſſe ſubjecta, conſcientiisque hinc dominari cupiunt; Evangelici vero absque ulla conſcientiarum violatione illam exercendam eſſe defendunt. 3. Clerus Romanus jure divino eam ſibi deberi aſſerit, absque ſacrilegio ab Imperio civili exerceri nunquam ſolitam; Evangelici vero eam jurisdictionis Eccleſiaſticam quæ *per modum imperii exerceri poteſt*, Imperio atque majeſtati tuentur eſſe propriam, aliis non niſi legibus, pactis atque obſervantia acquiſitam. Hinc nec majoris roboris alterum eſt, quod alias opponi ſolet, jura circa ſacra eſſe majeſtatica ex principiis Poteſtantium, nec niſi iis competere, qui ſuperioritatem territorialem habent; ſiquidem jura circa ſacra intelligas majeſtatica non collegialia ve-

verum id quidem eſt ex regula atque originaliter; quod ſi tamen addas, nec hæc jura ab aliis ulla lege, pacto aut uſu acquiri poſſe, ſtatim minoris quoad alteram partem apparebit falſitas; Exceptio enim expreſſe habetur in §. 31. J. P. vix enim crediderim te negaturum, eſſe conſiſtoriorum inſtitutionem juribus hiſce alias accenſendam eſſe. Nec enim Vaſallis competit jus reformandi, quibus ſuperioritas territorii non competit, & tamen expreſſe conſtitutum eſt §. 42. art. V. *ut feuda iſta & ſubfeuda, nec non Vaſalli, ſubditi & bona Eccleſiaſtica in Cauſis religionis, & quicquid dominus feudi prætendat, introduxerit, aut ſibi arrogarit, ex ſtatu anni 1624. die 1. Jan. perpetuo cenſeantur, quæ vel judicialiter vel extrajudicialiter innovata fuerint, tollantur, & in priſtinum ſtatum reſtituantur.* Quid ſi jam jurisdictionem Eccleſiaſticam exercuerint Vaſalli dicto anno, privative, an ergo Princeps tanquam Dominus territorii id immutare poterit? Ego ſane nulla veritatis ſpecicie id defendere auſim, cum omnis prætenſio atque introductio poſſeſſioni anni decretorii contraria tollenda veniat.

§. 30

Cum ſtatus Provinciales atque ſubditos jurisdictionis Eccleſiaſticæ haud incapaces eſſe demonſtraverimus, cumque eam ipſis Pace Weſtphalica collatam probaverimus; id jam inquirendum nobis erit, qua ratione illa ab iis exerceri poſſit? Ut vero & hac de re ſolide judicari poſſit, a primis originibus ſacrorum Proteſtantium reformatorum res denuo erit deducenda; quas tales *Qua ratione ſubditi illam exercere debeant?*

 depre-

deprehendimus eſſe: Cum de reformandis abuſibus Eccleſiaſticis reſponſum olim offerrent Principes atque ſtatus proteſtantes ſ. Cæſareæ Majeſtati die 4. Iul. A. 1541. Voluere, ut deliberaretur de certis, qui vere regant Eccleſias, & ut in qualibet dioeceſi ſint certi delecti Viri, qui præſint ordinationi, & explorationi ordinandorum, qui præſint judiciis Eccleſiaſticis & viſitent Eccleſias. *Fungatur, inquiunt, ſtatus, vero munere Epiſcopi ſeu unus aliquis certo loco, ſeu hæc decuria judicum. Neceſſe enim eſt in Eccleſia eſſe aliquos idoneos gubernatores doctrinæ & ordinationis. Neceſſe eſt judicia exerceri de doctrina, de controverſiis ſponſalium, de divortiis. Neceſſe eſt reſtitui excommunicationem mandatam in Evangelio. Hunc Epiſcopi vicarium, ſeu hanc Decuriam judicum tueatur ille, qui titulum tenet Epiſcopi. Jam ſi collegia haberent Viros doctos, pios & exercitatos, expeditiſſimum eſſet legere hos judices ex collegiis, ſed addendi ſunt aliqui honeſti graves & docti Viri Laici &c.* vid. Goldaſt. Conſtit. Imp. T. II. p. 219. Hæc prima fuere ſtamina, quibus Evangelici juris circa ſacra adminiſtrationem ſuperſtrui præoptabant (*t*) ſed cum poſtea in comitiis

Conſiſtorio-rum Origo.

(*t*) Nolim hic iis contradicere, qui conſiſtoriorum originem demum ex formula 1545. ab Electore Saxoniæ Mauritio condita repetunt, cum facile hæc invicem combinari poſſint, id ſaltim intendo, ut ſciatur, communi Principum, comitum atque Civitatum Evangelicorum voto tale judicium Eccleſiaſticum approbatum, idque conſilii Cæſari expoſitum fuiſſe. conf J. U. Dn. Böhmeri Jus Eccleſ. T. I. p. 605.

Digitized by Google

tiis Spirenſibus A. 1544. de diſſidiis religionis componendis ageretur, cautum fuit in R. I. §. Nachdem aber ungewiß. ꝛc. ut certa interim reformationis formula componeretur; quam cum A 1545. Elector Saxoniæ â Theologis Wittebergenſibus componendam curaret, quarto ejusdem membro Eccleſiaſticorum judiciorum formula adornata conſpicitur, quam integram refert. Seckendorf. in hiſt. Lutheran. L. III. §. 119. n. 4. ſqq. Hiſce conſiliis huicque formulæ convenienter paſſim in ſuis terris Principes Conſiſtoria ordinavere membris ex Theologorum atque Laicorum ordine adornata. Quod ſi ergo ſtatus Provinciales, ſi ſubditi juriſdictionem Eccleſiaſticam legibus publicis atque pactis quæſitam anno 1624. per conſiſtoria exercuerint, pati omnino domini territoriales debent, ut ea ordine, juribus atque prærogativis olim jam quæſitis conſerventur; utque eam retineant naturam, quam Principes atque ſtatus Proteſtantes in prima inſtitutione ipſis voluere ordinariam atque perpetuam, quamque Imperator atque ſtatus eo ipſo approbaſſe cenſentur, dum ſalvam eam ſubditis vi anni decretorii relinquendam eſſe voluere. Quod ſi vero alio modo per ſeniores civitatis, per certa collegia hæc jura fuerint exercita dicto anno, etiam id pati tenentur, ut hunc modum retineant, cum ea retinere in poſterum ipſis concedatur, quatenus illa dicto anno exercuerunt aut exercita fuiſſe probare poterunt §. 31. art. V.

§. 31.

Quouſque vero hæc conſiſtoria Evangelicorum *Quouſque à Principe*

dependeant?
I. Ratione jurium collegialium.

eorum ſub Principe ſive Domino territoriali Catholico in exercitio ſuæ jurisdictionis Eccleſiaſticæ à Principe dependeant, an ordinariam, an delegatam ſaltim poteſtatem habeant, variis ſententiis variis affectibus atque præjudiciis hinc inde diſputari novimus. Hinc ſi absque affectu atque præjudicio auctoritatis rem ex fontibus Rationis atque Legum Publicarum deduxero, nemini grave futurum confido. Cum conſiſtoria nonſolum jura collegialia, ſed etiam majeſtatica ſive jurisdictionem Eccleſiaſticam exercere hodie animadvertamus, variam vero horum jurium naturam, diverſamque originem ſupra oſtenderimus P. 1. §. 35. ſqq. facile patet, qualia jura Principi, qualia Eccleſiæ cui præſunt, referant accepta, & quousque penes Principem ſit de iis diſponere, eorum jura extendere, reſtringere atque tollere. Sola enim jura majeſtatica Principi qua principi ſunt propria, de iisque ipſius eſt pro ſuo arbitrio disponere, ſiquidem pacta, ſiquidem Leges publicæ non obſtent; ſed ſi Princeps diverſa à ſubditis ſacra colit, ad ſubditorum Eccleſiam haud pertinet, nec ejus membrum eſt, per conſequens eorum jura collegialia exercere nequit §. 36. P. I. hinc conſiſtoria nullo modo talia jura ei accepta referunt, neque in iis exercendis aliter ei ſubordinantur, quam quatenus ejus imperio atque moderationi ſive inſpectioni ſupremæ ſunt ſubjecti, qua cavet, ne quid damni reſpublica inde capiat. Secus vero ſe res habet ratione jurium majeſtaticorum atque jurisdictionis, quam exercent conſiſtoria, quæ â Principe habent, ejus nomine exercent, cujuscunque etiam ſit religionis, ab eoque

ordina-

ordinarie in iis exercendis dependent, ut ejus arbritrio ſit relictum de iis diſponere, eorumquæ poteſtatem extendere, limitare.

§. 32.

Quid ſi vero pactis atque conventionibus cum ſubditis initis Princeps ad certam formam conſiſtoriorum conſervandam ſit adſtrictus; quid ſi Princeps ſuperiorem adhuc agnoſcat, cujus lege certa conſiſtoriis forma præſcripta eſt, à Principe haud violanda? quid ſi jurata fide in perpetuum talia jura privative exercenda commiſerit! quid ſi omnis ejus circa hæc jura poteſtas ſit ſuspenſa? ſane, ſiquis hiſce in caſibus conſiſtoria à Principis arbitrio dependere æſſeruerit, ex illo ſcire vellem: An Auguſtiſſimus Imperator vi majeſtatis ſibi competentis regalia Principibus quæſita, pro lubitu reſtringere, vel porſus illa ipſis adimere queat! An Principes jura collectandi, vel poteſtatem leges ferendi, ſi quibus in Provinciis hæc jura ſtatibus provincialibus pacto quæſita fuerint, pro arbitrio limitare, immutare, tollere poſſit! ſane ſi quis hoc aſſerendum putaverit, omnem pactorum vim ut evertat, neceſſe eſt. Jam ſi ponamus, Conſiſtorium Evangelicum in terris Principum Catholicorum A. 1624. jurisdictionem Eccleſiaſticam exercuiſſe privative, ex ſolis Proteſtantibus compoſitum, ut cauſæ non ſolum Eccleſiaſticæ & ſpirituales ad illud ſpectarint, ſed & actiones reales, perſonales, mixtæ & perſonales Perſonarum Eccleſiaſticarum, matrimoniales &c. anne hæc poſtea à Catholico Principe immutari poterunt? deciſionem ſuppeditat Inſtr. *II. Ratione jurium majeſtaticorum.*

 pacis

Pacis, quod vult Proteſtantes omnia ea retinere, quæ A. 1624. exercuerant, ratione ſuæ religionis, & *quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare poterunt* §. 31. art. V. Hinc eſt, quod jam olim A. 1651. Elector Colonienſis idemque Epiſcopus Hildeſienſis, in confirmatione receſſus conſiſtorialis Hildeſienſis, quo omnia hæc jura conſiſtorio fuere confirmata, hoc agnoverit, dum per modum tranſactionis hunc receſſum inter Capitulum atque ſtatus Provinciales factum fuiſſe aſſerit **Nach Anweiſung des** Inſtr. Pacis art. V. vers. hoc tamen non obſtante. vid. Facti ſpecies **Hildesheimiſchen Religions**-motuum de A. 1696. **beylage** l. E. Hinc apparet quantis abuſibus communiter illud ſubjectum ſit, quod conſiſtoria delegatam habere dicantur jurisdictionem, non ordinariam. Hanc enim diſtinctionem Romanis debitam, haud absque graviſſimis incommodis noſtris foris applicari cernimus, ſi magiſtratibus noſtris applicatur, à Romanis toto Cœlo diverſis, & ſi nihilominus concluſiones à Romanis ex hac diſtinctione derivatas, retineamus. Hinc ut ambiguitati vocum conſulatur, duplici modo, velim notes, ordinariam dici jurisdictionem I. quæ juro ſtabili & perpetuo, vel lege vel conſtitutione Principum, inſtar regulæ eſt conſtituta atque efformata; opponiturque delegatæ, quæ extra ordinem alicui, qui alias judicis munus non habet, in certo caſu committitur, atque ita per modum exceptionis ſeſe habet. Hoc ſenſu omnia judicia Principum atque Prælatorum habent jurisdictionem ordinariam, quoniam in hunc finem ſunt conſtituta, ut ordina-

An delegatam an ordinariam habeant jurisdictionem?

rie

rie & regulariter in cauſis controverſis ad ea aditus pateat, & judices iis præfecti, nomine Principis jus dicant; commiſſarii vero, qui pro re nata, ad certas cauſas deputantur, extraordinariam habent, cum judicium perpetuum non exerceant, ſed unam ſaltim alteramve cauſam ob ſingulares circumſtantias expediant: II. ordinaria dicitur, quam quis jure proprio, & non ex alterius commiſſione & beneficio tenet & exercet, nec ita dependens eſt à ſuperioris arbitrio, ut pro ejus nutu revocari queat. Huic opponitur vicaria ſeu delegata, quam quis nomine & vice ejus, qui ordinariam habet, gerit. Hoc ſenſu ſoli Principes & Epiſcopi ordinariam habent *(u)*

N 5 vid.

(*u*) Quantum ad Epiſcopos, vix quidem id admittit Pontifex Romanus, utpote qui petit, omnes Epiſcopos ſuam jurisdictionem Sedi Romanæ acceptam ferre, conſtat tamen plurimos, inprimis Gallos illam immediate ex divino inſtituto petere; hincque Pontifex dicitur ordinarius ordinariorum. conf Fleury in Inſtit. Jur. Can. P. III. C. III. §. 4. Quantum vero ad principes attinet, facile ſane oſtendi poſſet, inſignem plerumque logomachiam & hic committi, ſiquidem illa quæſtio ventiletur, an Principes hoc modo ordinariam, an delegatam habeant poteſtatem. Habent ſane ſuam poteſtatem proprio jure, perpetuo atque hæreditario, habent eam privative; ſed certum tamen non minus, eos eam habere ab Imperio, ut, ſicuti ſinguli pro rata dominiorum ſuorum ſunt participes, juris circa ſacra, quod imperio competit, cuius totum ipſi cum ſuo capite ſuo, Imperatore abſolvunt; ita ſane nihil repugnat, ſiquidem nomine imperii totam ſuperioritatem territorii, atque ita etiam jurisdictionem Eccleſiaſticam, teneant atque exerceant; notum enim alias eſt, quod Principes per inveſtituram acceperint id, quod civitates Imperiales habent ex perpetua com-

vid. Dn. Bôhmeri Jus Eccleſ. Prot. T. I. p. 601. Priori ſenſu conſiſtoria ordinariam habere jurisdictionem vix quiſpiam negaverit; quodſi poſteriori ſenſu autem id admitti non poſſe exiſtimaveris, cum vicario nomine, cum modo à Principe dependenti illam exerceant, neque hic moroſus ero; ſive enim Principis nomine hanc poteſtantem exerceri dicas, ſive publica lege (*x*) con-

miſſione; habent ergo nomine Imperii, hineque ab imperio dependent. Satius ergo omnino eſſet hac diſtinctione plane abſtinere, utpote tot conceptibus fœcunda, ut, ſiquidem non omnia ad vivum reſecentur, facile cum graviſſimis incommodis atque præiudiciis, maxime ab illis, qui Romanis conceptibus tantum gravidi ſunt, noſtris rebus in Germania applicentur; conferri hic meretur Joh. Schilterus de Pace Relig. C. III. §. XV. ubi contra B. Stryckium diſputat, qui in diſſ. de Jure Papali Princip p. 13. probationem deſideraverat eius aſſerti, quod omnes ſtatus imperii pro rata ſuorum territoriorum de iure circa Sacra participent. Cæterum an ſuperioritas territorialis ſtatuum Imperii dependens ſit, an independens, conferri meretur celeb. Pfeffingerus ad Vitriarium L. III. XV. p. 1124.

(*x*) Non me latet, & hic Viris celeberrimis, quos veneror, aliam ſedere mentem, qui hæc conſiſtoria non immediate à Principe, ſed à lege publica Imperii hanc iurisdictionem habere defendunt; fateor tamen difficultates circa hoc aſſertum necti poſſe non minimas; cum ſolus Princeps ſuperioritate totius ſui territorii a Cæſare inveſtiatur; cum omnia hæc iura territoriali poteſtati cohærere dicantur; cum immediate ab Imperio talis poteſtas in ipſa collata dicatur &c. Sed facile putaverim abſque periculo hæc duo combinari poſſe. Admittimus ergo, conſiſtoria eiusmodi privilegialia à Principe ſuo Catholico habere ſuam iurisdictionem; ejus nomine eam illa exercere; ſed lege

conceſſam, ratione effectus unum idenque erit quod ſcilicet Princeps id quod publica lege, quod pactis publicarum legum autoritate firmatis conceſſit, revocare atque immutare non poſſit.

publica illam perpetuam, irrevocabilem, atque in ſuo exercitio à Principis haud dependentem arbitrio ſancitam eſſe; num adhuc Principem vi ſuperioritatis pro lubitu circa illa diſponere poſſe, exinde colliges? Vix te id aſſerturum eſſe perſuadeor, niſi etiam id incommodi admittere velis, poſſe leges publicas, poſſe pacta vi ſuperioritatis tolli, laxari atque mutari à quocunque Principum. Poſſe & Auguſt. Imperatorem, non obſtantibus Pactis atque legibus fundamentalibus, vi majeſtatis jura ſtatuum revocare, tollere; quod, ut à juſtiſſimo Imperatore noſtro metuendum ſit, longiſſime abeſt.

§. 33.

Certus ſum, vix tot unquam querelas in Germania ratione conſiſtoriorum Evang. ſub Principibus Catholicis exiſtentium exorituras fuiſſe, niſi a multis adſcripta conſiſtoriis delegata poteſtas, commodam plura innovandi anſam præbuiſſet; nec unquam auſurum fuiſſe Chriſt. Rittmeyerum, ſedulum ante aliquot annos Palatinorum motuum defenſorem, tanta confidentia defendere, quod ſtatus Imperii immediatus Catholicus in caſu vel ſucceſſionis, vel mutatæ religionis, conſiſtoria Evangelica pro ſuo lubitu inflectere, mutare imo abolere poſſit. (*y*) *Quanta incommoda hæc diſtinctio Germaniæ creaverit?*

(*y*) Ut genium hominis, olim ſacris Evangelicis addicti, „poſtea Pontificii, agnoſcas, verba Rittmeyeri adducere „placet: Es iſt demnach / inquit, eine ausgemachte „klare Sach / daß ein unmittelbahrer Stand des „Reichs / in caſu ſucceſſionis, vel mutatæ religionis,

§. 34.

Paria omnibus Conſiſtoria jura non ſunt.

Cave tamen credas omnibus conſiſtoriis Evangelicis ſub Principibus Catholicis degentibus eandem competere poteſtatem; cum enim ratione jurium ab Imperio conceſſorum, pro legum publicarum, conventionumque varietate diverſa eorum poſſit eſſe conſtitutio, mirum in modum falleretur, qui omnibus eundem cothurnum applicare ſuſtineret. Ita licet à Conſiſtorio Evangelico Hildeſienſi ad Epiſcopum tanquam ſuum Principem

„die jurisdictionem Eccleſiaſticam über die proteſtirende Unterthanen / gleich denen Evangeliſchen Mit-Ständen / (in ſo weit ihnen nichts / welches wider ihren Glauben und Gewiſſen läufft / zugemuthet wird) behaupten / und würcklich exerciren / die in ihrem Land vorhin üblich geweſene Conſiſtoria nach hohen Gefallen mit Catholiſchen oder Evangeliſchen Præſidenten / Räthen und Aſſeſſoribus beſetzen / ja ſolche Geiſtliche Gericht gar abſtellen / und die dahin gehörige Sachen vor Dero Cantzleyen und Regierungen entſcheiden laſſen / oder Commiſſarios darzu verordnen können. Und dieſes aus den oberwehnten Urſachen / daß dergleichen Conſiſtorial-Gericht / die Geiſtliche Jurisdiction nicht etwan *proprio nomine* adminiſtriren / ſondern als Conſiliarii Electorum ac Principum von ihrer gnädigſten Herrſchafft Winck und Willen dependiren / von derſelben beſoldet werden / und alſo mehr nichts als *jurisdictionem delegatam* zu verwalten haben. Wie ſolches Evangeliſche J. C. Rhetius, Seckendorff, Mevius, Brunnemann, Textor, Linckius behaupten. hactenus Rittmeyerus vid. ejus Vindic. Juris Reformandi p. 62. c. V.

pem appellatio haud concedatur (z) licet tamen id in terris Proteſtantium Sileſiacis, vi conventionis Alt-Ranſtadienſis inter ſ. Cæs. Majeſtatem, atque Regem Sueciæ Carolum XII. glor. memoriæ, A. 1707. initis, ubi §. 7. hoc conſtitutum eſt: In iis vero Principatibus, ubi tempore Pacis Weſtphalicæ conſiſtoria A. C. fuerant, juxta veterem uſum reſtauranda ſunt, quæ ejusmodi cauſas (ſcilicet religionis) examinabunt, decidentque, ſalva ubique appellatione ad ſummum Principem. vid. Acta Sileſiaca.

§. 35.

(z) In receſſu Conſiſtoriali Hildeſienſi de A. 1651. hæc habentur verba: Was in ſolchem Conſiſtorio erkant/ und decidirt. daſſelbige ſolle ohne alle Appellation und Exception bey vermeyden hoher und würcklicher Straff ſchleunigſt von den Beampten exequirt werden. Imo plenius adhuc independens hæc jurisdictio Conſiſtorio confirmata eſt in receſſu noviſſimo de A. 1711, ope Sereniſſ. Elect. Hannoverani renovato: ubi §. 18. hæc habentur. Zu dieſer Jurisdiction ſoll das Conſiſtorium weder von dem Thum-Capitel, noch von der Fürſtlichen Regierung/ Cammer/ dem Official-Gericht/ noch ſonſt jemand anderſt/ wer der auch ſeyn möge/ beeinträchtiget/ ſolches auch/ vice verſa, durch das Conſiſtorium nicht geſchehen/ noch die für das Conſiſtorium gehörige/ oder allda Rechtshängige Sachen vondannen avocirt/ noch vor dem Lands-Fürſten/ Thum-Capitel, oder ein ander Gericht/ es ſey unter dem Nahmen von Appellation. recurs, oder unwas vor einen prætext es ſonſt ſeyn möchte/ gezogen werden. vid. Fabri Staats-Cantzley Tom. XVII. c. XIII, ubi integer hic Receſſus exhibetur. Notandum tamen gravatis leutrationem & transmiſſionem actorum ad Academiam A. C. addictam reſervatam eſſe, ſuſpenſo interim vigore ſententiæ.

Digitized by Google

§. 35

Qua ratione Conſiſtoria à Principe dependeant.

Sed quæris: Num ergo collegium, num conſiſtorium, cui jurisdictio Eccleſiaſtica vel lege publica vi anni 1624. vel pactis atque reipublicæ conventionibus conceſſa eſt, à Principe Catholico nullo modo dependeat, ratione ſuæ jurisdictionis? Ne autem æquivocationibus hic detur locus, notandum, pluribus modis aliquid ab altero dependere. Si quis enim ejusmodi conſiſtoriorum jurisdictionem ita a Principe dependere putaverit, ut pro lubitu circa illam diſponere, illam reſtringere, inflectere, imo abolere poſſit, illum omnem vim Pacis Weſtphalicæ ſufflaminaturum eſſe, ſupra oſtendimus. At ſi quæras, num ita dependeat à Principe, ut ab illo tanquam proprio ſuperioritatis ſubjecto, tanquam ſuo fonte ad Conſiſtorium fuerit translata, cujus nomine etiam adminiſtratur, non video, quid obſtet, quo minus hoc affirmari poſſit; Cum hæc jurisdictio omnino majeſtatem atque ſuperioritatem territorii matrem ſuam agnoſcat; neutiquam vero exinde ſequitur, dependere illam ex Principis voluntate in ſuo exercitio, ut pote quod privative in ejusmodi conſiſtorium translatum eſt. Certum enim eſt, non minus ſuperioritatem territorialem dependere à Cæſaris atque Imperii majeſtate ratione ſuæ originis, ſed vix quiſpiam Legum publicarum gnarus inde colliget, quod ideo & ratione exercitii illa ab Imperatoris voluntate dependeat. Ponamus enim ſub Epiſcopo Catholico eſſe ſubditos Evangelicos quibus jus conſiſtorii habendi A. 1624. competit, aliam ſane jurisdictionem haud exercebit conſiſtorium, quam eam, quæ ante Reformatio-

tio-

Digitized by Google

tionem ab Epiſcopo fuit exercita, vi Pacis religioſæ atque Weſtphalicæ ſuſpenſa ratione ſubditorum Evangelicorum; quod ſi vero conſiſtorium ejusmodi ratione exercitii ſuæ jurisdictionis ab Epiſcopi arbitrio dependeret, ſuſpenſa ſane haudquaquam ea eſſet, cum ne quidem in ſubditos Catholicos Epiſcopi illam immediate exerceant, ſed ſemper mediante Vicario generali, atque officialibus. vid. celeb. Aut. Anti Vindic. Hildeſienſ. qui Ill. Thomaſius eſt p. 39. ubi eodem argumento ingenioſe utitur contra Epiſcopum Hildeſienſem atque Aut. Vindiciarum Hildeſ. Cancellarium Zimmermannum. Ita ſane ſiquidem Princeps Catholicus jurisdictionem Eccleſiaſticam ſive perſe, ſive per alios ex ſua mente in ſubditos Evangelicos exercere vellet, ſuſpenſæ jurisdictionis Eccleſiaſtica ex parte Catholicorum effectus haudquaquam obtineretur, atque ita manifeſte contra intentionem ſummorum Paciſcentium ageretur. *(aa)*

§. 36.

(*aa*) Quod vero Conſiſtoria inter ipſos Proteſtantes attinet, certum quidem eſt, plus ibi poteſtatis Principi Evangelico eſſe conceſſum, vi cujus facilius jurisdictionem in illa collatam varie inflectere, extendere, vel reſtringere poteſt, ſed cave tamen exiſtimes, id adhuc Principi integrum eſſe, ubi pactis conventis cum ſtatibus Provincialibus ſubditisque, privilegiis aliisque diſpoſitionibus certa norma Conſiſtoriis eſt quæſita, mutuaque fide data, roborata; utpote quibus omnibus Pax Weſtphalica pariter proſpectum voluit art. VII. §. 1. *Salvis tamen ſemper ſtatuum qui Proteſtantes nuncupantur, inter ſe & cum ſubditis ſuis conventis, pactis, privilegiis, reverſalibus & diſpoſitionibus aliis, quibus de religione, ejusque exercitio, & inde dependentibus, cujusque loci ſtatibus ſubditisque proviſum.*

§. 36.

An ea jura integra hodie ſint Statibus Catholicis in ſubditos A. C. quæ reſervatis Epiſcoporum accenſentur?

Neque ſane illa Principibus Catholicis in ſubditos Evangelicos erunt reliqua, quæ alias reſervatis Principum atque Epiſcoporum accenſeri ſolent, qualia ſunt poteſtas Legum Eccleſiaſticarum, jus diſponendi de liturgicis, & reformandi ſacra, diſpenſandi in cauſis, uniendi, dividendi, ſupprimendi & erigendi beneficia Eccleſiaſtica, dandi licentiam templa aliaque loca religioſa ædificandi, jus annatarum & circa capitula Eccleſiaſtica, poteſtas alienandi bona Eccleſiaſtica, dies feſtos vel litanias indicendi, Inſpectores ſive Superintendentes conſtituendi, nec non poteſtas cauſas â conſiſtoriis avocandi &c. Id quidem negari nequit, plurima ex his talia eſſe, ut Principis autoritas atque ſuprema inſpectio excludi nequeat, niſi pactis, niſi legibus aliter fuerit conventum; ſed quis diceret liberum eſſe arbitrium Principis circa hæc omnia diſponendi, niſi quis nullam jurisdictionis Eccleſiaſticæ ſuſpenſionem eſſe aſſeruerit. Neque ſane nullum ita Principi Jus reformandi ſalvum manet; quid ſi enim ejusmodi conſiſtoriales omne obſequium Principi debitum, ſub ſpecie religionis exuere ſuſtineant; quid ſi tyrannidem in ſubditos exerceant; quid ſi talia ordinent, quæ Principis, quæ ſubditorum ſaluti ediametro repugnent; quis negaverit, hiſce in caſibus ſalvum eſſe jus reformandi? (*bb*)

§. 37.

(*bb*) Hinc ſane eſt, quod in Epiſcopatu Hildeſienſi Cancellarius Epiſcopi Conſiſtorio Evangelicorum aſſidere ſoleat, licet Directorium ipſis Evangelicis ſalvum ſit, ut caveatur, ne quid ſtatui publico adverſum fiat.

Digitized by Google

§. 37.

Quid ſi vero A. C. ſocii agnoverint jurisdictionem Eccleſiaſticam A. 1624. ſatis evidentem haberemus I. P. conſtitutionem, ſiquidem perverſus hominum Zelus nebulas Soli haud offunderet; jubentur enim ſubditi hoc in caſu Catholicorum jurisdictioni ſubeſſe in poſterum iis in caſibus, qui A. C. *nullatenus concernunt modo ipſis occaſione proceſſus nihil injungatur A. C. vel conſcientiæ repugnans* art. V. §. 48. Quænam ergo talia ſint, A. C. nullatenus concernentia ancipitem omnino poſthac reddidere cauſam gravamina plurima, quibus Evangelici hinc inde fuere affecti, cum vel maxime disquiratur, cujus ſit arbitrium, num quid A. C. concernat, nec ne? Certe in tractatibus P. W. acriter ab Evangelicis urgeri videris, quod & Sueci poſtea ſuo Inſtrumento A. 1647. exhibito inſeruere: *quod ſicut Catholicorum notioni ſubeſt, quis ſit Catholicis nec ne, ita quis A. C. ſit conſors, nec ne, ſoli dijudicent Evangelici* vid. Cortrei. obſerv. ad P. R. p. 354. n. 39. &. p. 202. n. 27. Idem ſane dicendum erit de illis, quæ unam alteramve religionem concernunt. Cum enim religio non ſaltim in formulis externis, ſed vel maxime in interioribus animi ſenſibus atque cogitatis conſiſtat, impoſſibile ſane eſt, ut alteri interpretatio poſſit relinqui de iis rebus, quæ meam religionem concernunt, nec ne; quod enim alter indifferens judicabit, nec religioni eſſentiale, id ego non raro tanquam cum religione intime connexum exiſtimo. Nec enim unquam patienter Catholici, nos de ipſorum religione, ejusque connexis judicare, quaſi conſcien-

Quid ſi vero A. C. Socii agnoverint jurisdictionem Eccleſiaſticam A. 1624.

Quænam religionem haud quaquam concernant?

tia eorum non plus afficiatur uno alterove facto vel doctrina, quam quidem nos arbitramur. Neque enim Evangelici perſpiciunt, qua ratione Pontificis ſanctitas atque infallibilitas, reliquiarum atque imaginum cultus aliaque infinita ex vero tantopere religionem concernunt; aliter autem judicat Catholicus, cujus ſane cogitatis ſeſe accommodare, nec ullo modo ejus conſcientiam turbare poſſunt Evangelici. In Pace religioſa. paulo quidem plenius referuntur illa, quæ à jurisdictione Eccleſiaſtica exemta eſſe debent, ſcilicet, Religion, Glauben, Beſtellung der Miniſterien, Kirchen-Gebräuchen, Ordnungen und Cerimonien, ſo ſie aufgericht oder aufrichten möchten §. 20. damit auch ꝛc. Nihilominus jam inde à Pace religioſa hucusque ſemper inſtitere Pontificii extra religionis materiam jurisdictionem Eccleſiaſticam Catholicis contra A. C. addictos etiamnum ſuspenſam non eſſe, ſed plenarie exerceri poſſe. vid Ferd. de Buckiſch, obſerv. CXXXIX. ad I. P. §. 48 hinc jus cognoſcendi de cauſis matrimonii, divortii, commiſſæ Simoniæ juris Patronatus, decimarum, ordinationes feſtorum atque cauſæ Calendarii largam litium meſſem pepererunt ad noſtra usque tempora. *(cc)* Brevi enim

(cc) Non absque graviſſima cauſa ſplendidiſſimi Principum Proteſtantium Legati Ratisbonæ degentes ſummopere indignati ſunt hanc theſin nuperrime recoctam fuiſſe, in diſſ. inaugurali ſub præſidio Profeſſoris Evangelici Caroli Ottonis Tyllii Heidelbergæ habita A. 1712. de beatitudine poſſidentium, ubi Auctor non attendit, unicam exceptionem, quæ in §. 48. art. V. J. P. habetur, adeò non fundare ſuperſtitem jurisdictionis Eccleſiaſticæ ſpeciem, ut potius omnem ſublatam eſſe a-

Digitized by Google

enim poſt pacem religioſam in comitiis Augu-
O 2 ſtanis

perte demonſtret; cum enim nullo unquam caſu ex-
erceri poſſit, niſi in exigendis cenſibus, opus ergo e-
rit, ut in cæteris omnibus ceſſet &c vid. acta in comi-
tiis occaſione hujus diſſert. apud Fabrum in der
Staats-Canzley T. XLIV. p. 557. ſqq. Id ſaltim
adhuc addidiſſe juvabit, non modo id concernere
religionem, quod articulos fidei tangit, ſed id etiam,
quod quovis modo liberum religionis exercitium tur-
bare, impedimentaque ponere poteſt omnibus iis, quæ
ad religionis atque ſocietatis Eccleſiaſticæ conſiſten-
tiam atque ſalutem neceſſaria ſunt. Hinc oppido &
nuperi ſcripti de jurisdictione Eccleſiaſtica autor, qui
ſub nomine Sinceri latet, in ipſas Pacis Weſtphalicæ
ſanctiones impingit, quando ad jurisdictionem Eccle-
ſiaſticam Dominis territorialibus Catholicis in ſubditos
A. C. ſuperſtitem refert, num Conſiſtorium Eccleſiaſti-
cum conſtituere, num inſtitutum ſubditis relinquere
velint, id quod ſane art. V. §. 31. prorſus contrariatur.
Experientia ſatis teſtatur, libero religionis exercitio, &
Eccleſiis Proteſtantibus ſub ſtatibus Catholicis exiſten-
tibus ſalvis eſſe haud licere, ſiquidem Conſiſtoriis ex
eorum membris conſtantibus, deſtituantur, quæ jura
circa ſacra maxime collegialia adminiſtrent, curamque
ſalutis atque ordinis in Eccleſia conſervandi habeant,
Ipſi enim Domino diverſæ â ſubditis religioni ſincere
addicto cordi vel curæ eſſe illius Eccleſiæ ſalutem,
quam hæreticam vel damnandam credit, rationis at-
que religionis viribus repugnat, experientia omni et-
iam contraria; quis quæſo ergo diceret, conſiſtorio-
rum conſtitutionem religionem Proteſtantium *nullate-
nus* concernere, ſine qua ſalvæ ipſi eſſe non licet.
Licet enim ſint ex noſtris, qui abſolutam conſiſtorio-
rum neceſſitatem negant, hoc tamen nunquam eo ex-
tendere cogitabunt, quaſi nulla etiam eorum ſit ne-
ceſſitas, ubi Imperans diverſæ eſt â ſubditis religionis.
Id ſane Proteſtantium principiis, imo rationi prorſus
contrarium eſt, quod eidem autori aſſerere placet

ſtanis gravamina hac ſuper re exhibuere Catholici (*dd*) conquerentes, nimium extendi ab Evangelicis juriſdictionem Eccleſiaſticam, dum conſiſtoriorum conſtitutione etiam eam juriſdictionem ſibi, in re cujus poſſeſſione adfuerint Catholici tempore Pacis religioſæ. Poſtea inter ipſos tractatus Pacis Weſtphalicæ etiam Evangelici ſua gravamina expoſu-

quaſi id criterium conſtituendum eſſet, num quid religionem concernat nec ne, ſiquidam autores bonæ famæ aliquid religioni Proteſtantium haud adverſum judicaverint, quaſi in eo Catholicus princeps pro lubitu cum ſubditis agere poſſet; Cui enim ignotum eſt, multa quidem â Doctoribus optimæ ſæpius famæ, doceri atque approbari, quæ alii ſalva conſcientia tamen haud admittunt, licet alias eidem cum ipſo adhæreant Eccleſiæ; non enim ex unius alteriusve Viri, licet probi mente, totius cœtus alicujus religio venit metienda, ſed ex ipſa ejus publica profeſſione, natura atque indole; dandum etiam non raro eſt aliquid conſcientiæ, licet erranti, modo nemo inde lædatur.

(*dd*) Ita Catholici in ſuo gravamine locuti fuere: So unterſtehen ſich die Confeſſions-Verwandte doch eigene Geiſtliche Gerichte und Conſiſtoria aufzurichten/ und alſo die Catholiſchen in ihrer rechtmäßigen Juriſdiction, deren ſie zur Zeit des aufgerichten Friedens noch in Poſſeſſion geweſen/ zu entſetzen/ und darzu nicht allein ihre eigene Unterthanen/ſondern auch in denen Gemeinſchafftungen/ und da etwan der Catholiſche Stand in totum Directus Dominus, der Confeſſions-Verwandte aber entweder Lehens- oder Pfandsweis gar oder zum Theil utilis Dominus iſt/ die Unterhanen von den Catholiſchen ordentlichen Conſiſtorio abzuweiſen und auf ihre neu aufgerichte Gerichte zu zwingen/ ſo ſolches die Religion doch gar nicht angehet.

poſuere gravamine V. (*ee*) Audere ſcilicet Archi Epiſcopos, Epiſcopos, aliosque Eccleſiaſticos res matrimoniales, aliasque ſubditorum ſuorum, officiis ſuis Eccleſiaſticis vindicare calendariique obtruſione turbare Evangelicorum feſtos dies cultumque divinum. Lite multis hinc inde agitata

O 3 Catho-

(*ee*) Ita gravamine V. Suam Proteſtantes ex poſuere mentem: Es unterſtünden ſich die Catholiſche Ertz- und Biſchöffe und andere Geiſtliche der Evangeliſchen Unterthanen an theils Orthen die Ehe und andere Sachen vor ihre Geiſtliche Gericht zu ziehen / und ſie in ihren Conſiſtoriis zu turbiren. Dringen auch die Evangeliſche an vielen Orthen zu Haltung des neuen Calenders / dadurch ihnen ihre Feſt-Zeiten verrückt und zerſtöhret würden. Ad quæ reſponſum â Catholicis: In welchen Fällen und Sachen die Geiſtliche Jurisdiction vermög Religions-Frieden Suſpendirt ſey oder nicht / iſt in ſolchem Frieden § damit auch ꝛc. mit klaren und unverdunckelten Worten ausgedruckt und verſehen; Nemlich in Glauben / Religion ꝛc. Aber in andern Sachen / ſoll und mag dieſelbe durch die Ertz-Biſchöffe / Biſchöffe und andere Prälaten / wie deren Exercitium an einem jeden Ort hergebracht / und ſie in deren Ubung / Gebrauch und Poſſeſſion biß dahin geweſen / exercirt, geübt / und gebraucht werden. Sed inſtitere Proteſtantes non aliam eſſe rationem conveniendi; als wann wider die Evangeliſche / es möge Stände oder *Privati*, oder auch der Herrn *Catholicorum* Unterthanen ſeyn / von denen Herrn Catholicis keine Geiſtliche Jurisdiction angemaßt wird / ſondern dieſelbe mit allen ihren Speciebus, wie auch die Jura Papalia gäntzlich auffgehoben ſeyn und verbleiben. vid. Cortrei Obſ. ad Pac. Relig p. 304. ſqq. ubi integra hæc diſp. exhibetur,

Digitized by Google

Catholici demum ratione cauſarum matrimonialium cedebant, ſiquidem inter duos A. C. addictos lis fuerit exorta, atque magiſtratus in poſſeſſione fuerit; Cæterum vero ſalvam eſſe debere jurisdictionem Eccleſiaſticam contendebant. Sed nec ita quievere Proteſtantes, cum denuo declaraverint, non aliam eſſe hac in re conveniendi viam, quam ſublatâ prorſus jurisdictione Eccleſiaſtica cum omnibus ſpeciebus; imo re altius repetita, putarunt, ne ſic quidem ſatis proſpectum eſſe Paci publicæ quippe quod hoc pacto Catholici jura diœceſana à jurisdictione Eccleſiaſtica diverſa ſibi reſervata eſſe clamitaturi eſſent, hinc textui etiam adjecere Jus dioeceſanum; ut ab ipſis Legatis Cæſareis in ultimo Inſtrumento Trautmansdorfiano A. 1647. menſe Jun. Monaſterii excuſo art. XVI. in hanc formulam conſenſum fuerit: *Jus diœceſanum & tota jurisdictio Eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus contra A. C. Electores, Principes, ſtatus eorumque ſubditos, tam inter Catholicos & A. C. addictos, quam inter ipſos ſolos A. C. ſtatus penitus ſublata eſto.* Sed quid occaſione Inſtrumenti Trautmansdorfiani poſtea actum fuerit, alibi expoſuimus §. 45. infr. multi ſcilicet ex Catholicis graviter reſtitere, uti vel maxime apparet ex Protocollo Vollmari Legati Cæſarei à Cortreio edito T. I. Corporis Juris publ. demum vero conſtantiam Proteſtantium in exterminando jure diœceſano & jurisdictione Eccleſiaſtica animadvertentes, neceſſitati parebant, hac tamen conditione, ut vocibus *penitus ſublata* ſurrogarentur hæc verba: *Usque ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii religionis ſuſpenſa*

eſto

Digitized by Google

eſto. eodem §. pro verbis: ad *executionem* poneretur ad *excommunicationem.* & verbis: *ſubditi Catholici cenſeantur;* annecterentur hæc verba: Inque hos *Epiſcopis Catholicis jus diœceſanum ſalvum eſto* (*ff*) ſicque poſt multas conſultationes, unamini conſenſu utriuſque religiouis ſtatuum ordinata eſt Pacificatio Oſnabrugenſis ratione §. 48. prout nunc jacet. vid. Cortrei obſerv. ad P. Relig. p. 202. ſqq.

§. 38.

Ut vero jam appareat, cui bono hæc latius fuerint expoſita, videndum jam nobis erit, quid operetur ſuſpenſa hæc jurisdictio, & num adhuc quidem reliqui ejus ſint effectus: & I. quidem ratione ſtatuum immediatorum eorumque ſubditorum A. C. addictorum? II. ratione ſubditorum propriorum Evangelicorum? II. ratione ſubditorum propriorum Evangelicorum? Mirum eſt, inveniri adhuc, quibus vetus cantilena placet, qua aſſerunt

An ſuſpenſio jurisdictionis Eccleſ. illam penitus tollat?

(*ff*) Ne quis exiſtimet hanc mutationem magni momenti non eſſe, ad effectus juris diœceſani erit attendendum, qui ceſſant ratione Evangelicorum, ſed quos ſibi ſalvos in ſubditos Catholicos ſtatuum Evangelicorum petunt Epiſcopi vi horum verborum; Tales ab ipſis habentur 1. poſtulare à Clericis obedientiam, ſubjectionem & reverentiam, 2. Poteſtas in bona Eccleſiaſtica quoad conſtitutionem Oeconomorum. 3. Conſenſus in rebus Eccleſiæ oppignorandis. 4. Alienandis. 5. Facultas alienata revocandi. 6. Diſpoſitio circa contractus religioſarum domuum, & 8. Proviſio 9. Inſpectio & Viſitatio. 10. rationum redditio. 11. Synodorum in diœceſi inſtitutio ejusque gratia Cathedratici exactio &c. vid. Laurent. Ohm de Jure Epiſc. c. XVII.

Digitized by Google

runt Catholici, quod licet juriſdictio Eccleſiaſtica contra A. C. homines ſuſpenſa ſit (uti Referens apud Klockium loquitur relat. Camer. 33. n. 33. ſqq.) non ideo ſequi, cauſam ad ipſos eſſe devolutam. Neque enim apparere, inquit Cancellarius olim Hildeſienſis in Vindic. Hildes. p. 134. quomodo illud ſit in alium translatum quod priori nondum ademtum eſt, cum qualitas ſuſpenſionis ſit, non ut poteſtatem det, ſed ut eam, quæ fuit, quiescere faciat; non enim penitus jus Epiſcopale ſublatum eſſe, ſed apud ordinarios remanſiſſe, licet ſine effectu ad tempus, exinde evidens eſſe, cum ſubditi Catholici Diœceſanum agnoſcere teneantur, ſiquidem illum A. 1624. agnoverint §. 48. Verum cum jurisdictio Eccleſiaſtica, quam ſibi olim Clerus vindicaverat (gg) jura ſub ſe comprehendat majeſtatica atque collegialia §. 8. h. c. quicquid ex Superioritate illi connexum fuit, ſtatibus Imperii eodem modo competit, ſicuti territorii poteſtas § 30. art v. I. P. atque hæc abſque dubio privative ipſis competit, ergo idem etiam dicendum erit de omnibus juribus inde reſultantibus, niſi ſpecialis exceptio doceatur, idemque de jurisdictione Eccleſiaſtica proprie ſic dicta, cujus radix atque fons eſt majeſtas atque ſuperioritas territorialis; tantum abeſt, ut radicaliter adhuc penes Clerum permanſerit, nec niſi effectus fuerit ſuſpenſus, cauſæ in ſe adhuc integræ, ut potius effectus hic clero ut ſuæ cauſæ nunquam fuerit pro-

(gg Velim in genere notetur, quod ſæpiſſime jurisdictionis Eccleſiaſticæ vocabulo utar pro omnibus juribus Epiſcopalibus, exceptis iis, quæ ſunt ordinis, quatenus & jus diœceſanum ſub ſe comprehendit, quemadmodum & aliis id ſolenne eſt.

Digitized by Google

proprius, ſed alienus, ex alio fonte ſemper derivandus. Supponunt enim revera ejusmodi homines, quaſi jurisdictio Eccleſiaſtica ita competat Epiſcopis, ut non niſi in ipſorum perſona ſubſiſtere poſſit, id quod tamen abunde ſupra deſtruximus. Quod vero collegialia jura attinet, ad jurisdictionem Eccleſiaſticam communiter relata, illa cuivis cœtui religionis cauſa ſociato ſunt propria, neque unquam irrevocabiliter ita in aliquem poſſunt transferri, ut in invitum plane cœtum, cujus contraria eſt religio, exerceri poſſit §. 36. Part. I. Hinc cum olim ante reformationem nomine Imperii, Eccleſiæque Germanicæ Pontifex Romanus atque Epiſcopi jura circa ſacra adminiſtraverint, ſive uſurpaverint, nihil niſi ſuſpenſione opus fuit, ad omnem poteſtatem ipſis adimendam; rediit enim omnis hæc poteſtas ad fontes, atque ſuas cauſas originarias, Imperium ſcilicet, atque ſingulos Principum atque ſtatuum Imperii, qui in Imperii majeſtatem ſunt cooptati, deque illa pro ratione ſuorum territoriorum participant; rediit etiam, quantum ad jura collegialia, ad ſingulos cœtus, qui illam vel uni vel pluribus adminiſtrandam conceſſere. Sive ergo ſublatam ſive ſuſpenſam dixeris jurisdictionem Eccleſiaſticam Catholicorum, quoad effectum ſemper unum idemque erit.

§. 39.

Reſtat ergo, ut videamus, quantum jurisdictio Eccleſiaſtica ſit ſublata ratione ſubditorum propriorum? De his ita Inſtr. Pacis diſpoſuiſſe animadvertimus §. 48. art. V. *Catholicorum A. C. addicti ſtatus Provinciales & ſubditi, qui A. 1624. Eccle-*

Oſtenditur caſus matrimonii, divortii, diſpenſationum, juramenti,

bonorum Eccleſiaſticorum &c. pertinere ad cauſas Religionem concernentes.

Eccleſiaſticam jurisdictionem agnoverunt, in iis caſibus modo dictæ jurisdictioni ſubſint, qui Aug. Conf. nullatenus concernunt, modo ipſis occaſione proceſſus nihil injungatur, A. C. vel conſcientiæ repugnans. Si quid ergo comprehendo, id evidenter exinde colligo, quod omnia ea, quæ ullo modo religionem Evangelicam concernunt, â jurisdictione Eccleſiaſtica exemta ſint; unum enim idemque eſt, ſive ita propoſitionem efferas: ſubditi Evangelici jurisdictioni Eccleſiaſticæ Catholicorum non niſi iis in caſibus ſubeſſe debent, qui *nullatenus* eorum religionem concernunt; ſive hunc in modum: omnia ea jurisdictioni huic non ſubſunt, quæ *ullo modo* religionem A. C. concernunt. Jam ſi ea percurrantur, quæ alias â Catholicis jurisdictioni Eccleſiaſticæ haud facile exemta eſſe judicantur, luce meridiana clarius apparebit, menti ſummorum Paciſcentium ſatis fieri haud poſſe, ſiquidem locus foret eorum ſententiæ. Dic enim matrimoniales cauſas Catholicorum jurisdictioni Eccleſiaſticæ ſubeſſe debere; id tibi demonſtrandum incumbet, has cauſas nullo modo religionem concernere; matrimonium ab Evangelicis æque ac â Catholicis pro ſacramento haberi; divortium ratione vinculi conjugalis nullis ex cauſis, ne quidem ex cauſa adulterii admitti poſſe ex præceptis utriusque religionis; fontes diſpenſationum in gradibus prohibitis ab utraque parte eosdem haberi, eosdemque gradus prohibitos cenſeri; juramentis eandem utrobique naturam adſcribi, eandemque poteſtatem ab illis abſolvendi

ſtatui

Digitized by Google

ſtatui (*bb*) dies ſanctis ita dictis, dicatos e. gr. Lojolæ, Franciſco, Antonio, omnibus Sanctis, non minus Proteſtantibus quam Catholicis ſanctos haberi, quorum decantatæ fabulæ toties riſum movent Proteſtantibus; Decimas jure divino Clero proprias; bona Eccleſiaſtica, dominio DEI acquiſita Deoque conſecrata absque graviſſimo ſacrilegio nunquam â Laico uſurpari; neque in delictis Eccleſiaſticis maxime hæreſeos, Simoniæ, ſchismatis, ſacrilegii &c. dijudicandis, vindicandis ullam religionis diverſitatem ex Evangelicorum atque Catholicorum partibus intercedere; taceo reliqua; Certe vix quisquam ignoraverit omnes haſce cauſas ab Evangelicis atque Catholicis ex diverſiſſimis principiis decidi, iisque plane ſibi contrariis; & praxis ſatis ſuperque docet, quantum torqueantur Evangelici hiſce in rebus â Catholicorum jurisdictione dependentes (*ii*) obſervavit etiam

(*bb*) Notum eſt, qualem ſibi poteſtatem Romani Pontifices circa relaxationem juramentorum adſcribant, ut & Regibus bullis proſpicere haud dubitent, quibus perpetua ipſis poteſtas indulgetur abſolutionem petendi à juramentis a confeſſionario ſi commode ea ſervari nequeunt, qualem bullam Regibus Galliæ conceſſam ſuppeditat D' Achery in Spicilegio Eccleſ. T. I p. 724. Paſchalis II. veritus non eſt ſeipſum abſolvere à juramento, utut diriſſimis execrationibus A. 1112. Henrico V. facto. Plura exempla ſatis memorabilia allegari videris à Doct. Pfeffingero in Vitriarii illuſtr. T. III. L. III. tit II. p. 133.

(*ii*) Velim hic conferas Dni Struvii Hiſtorie der Religions-Beſchwerden paſſim; omniaque gravamina religionis, vel maxime in Palatinatu, terrisque olim Sileſiacis, atque dicta vera eſſe deprehendes. Atque

etiam jam Cel. Dnus Schvvederus in I. P. ſect. II. C. XVII. §. 29. praxin Imperii maxime Cameræ Imperialis noſtræ theſi favere, dum plurima exempla adducit, ubi Mandata S. C. contra Epiſcopos Catholicos, Evangelicos in harum cauſarum cognitione turbantes emiſſa fuere. *(kk)* Ipſe etiam Auguſtiſ-

exinde etiam apparet, quam lubrico fundamento nitatur argumentum in Diſſert. Tylliana ſupra cit. de beatitudine poſſidentium A. 1722. Heidelbergæ habita; quando ita infertur: In quibus ratione proceſſus ſubditis nihil injungitur A. C. vel conſcientiæ repugnans, in illis jurisdictioni Eccleſiaſticæ, ſi eam A. 1624. agnoverint, ſub-eſſe debent. Atqui ratione proceſſus decimarum, juris patronatus &c. nihil tale ipſis injungitur: E. poſito etiam, non conceſſo hoc, quod conſcientiæ nihil repugnans hiſce in cauſis injungatur, quod tamen falſiſſimum eſſe praxis docet, id inſimul probandum erit, has cauſas religionem nullatenus concernere, cujus contrarium tamen evidentiſſime demonſtravimus Quantum ad jus Patronatus in ſpecie attinet, quod tamen cauſis religionis expreſſe accenſet J. P. art. V. §. 31. ſi quis tamen dubitet, num religionem Evangelicam ullo modo concernat, velim ut inſpiciat ſaltim Gravamina Sileſiaca, ubi inveniet, quantum mali redundaverit ad Proteſtantes, cum poſt extinctam familiam ultimi Ducis Georgii Wilhelmi A. 1675. Ius Patronatus ad Cæſaream Majeſtatem pervenisſet, ex illa maxime quæſtione: Num jus hoc majeſtaticum ſit, an ſaltim privatum? Prius enim cum Cæſarei defenderent, vi illius paſſim loco decedentium Paſtorum Evangelicorum Catholici Eccleſiis fuere obtruſi, templa clauſa &c. cum jura majeſtatica ex ſolius Imperantis arbitrio exerceri poſſe defenderent, ubi ſubditis non niſi obſequii gloria ſit relicta. vid. Acta Sileſiaca.

(*kk*) Multam lucem hic affert obſervatio Joh. Deckheri in conſult. for. de Pace civ. relig. Germ. Data P. I.

ſtiſſimus Imperator in Pace Alt. Ranſtadienſi annuit, *ut in terris ſuis Sileſiacis, cauſæ matrimoniales aliæque ad religionem ſpectantes conſiſtorio Catholico, vel non ſubjiciantur, aut ſecundum canones in Aug. Religione receptos judicentur* §. VII. Tranſactionis I. Cæſ. Majeſtatis cum Rege Suecorum; ubi & id notandum, quod hæc Paci Weſtphalicæ conformiter facta fuiſſe innuantur, quia ab initio tractatus promittitur: *non modo ſalvum fore, & imperturbatum, quod Pace Oſnabrugenſi fuerit conceſſum, ſed etiam, quæ contra genuinum ejus Pacificationis ſenſum innovata reperiuntur, ſequentibus modis correctum iri.* Hanc vero correctionem etiam in cauſis modo dictis adhibitam fuiſſe, gravamina Sileſiaca dubitare haud ſinunt.. (*ll*)

§. 40.

c. XXV. quod commiſſarii D. Cæſaris Ferdinandi III. in cauſa Senatus Evangelici Dunckelſphulenſis contra Senatum Catholicum ibidem ratione juriſdictionis Eccleſiaſticæ ita judicaverint d. 29. Octobr. A. 1650. daß die Jurisdictio Eccleſiaſtica nicht nur in Ehſachen/ ſondern in allem übrigen/ was davon dependiret/ nach Innhalt des XVI. art.) vulgo hodie §. 48. J. P. ſuſpendirt/ und die judicatur in Ehſachen oder Vergleichen/ denen Evangelicis inter Evangelicos allein/ inter utriusque Religionis partes, des beklagten theils Religions-Verwandten; hingegen die execution, wie auch die Geldt und andere Straffen dem von beeden Religionen erſetzten Rath verbleiben &c.

(*ll*) E quibus gravamen V. ita habet: So werden auch die Evangeliſche ratione ihrer matrimoniorum in ihrer Religions- und Gewiſſens- Freyheit auf vielerley Weiß empfindlich gekränckt; denen begüterten Wittwen und unverheuratheten Perſohnen wird die Verheurathung an ihre Religions-Ver-

§. 40.

An jus Epiſcopale ſuſpenſum reviviſcere poſſit?

Atque ita facile apparet, quanta ſpes ſuperſit clero Romano futurum, ut unquam jurisdictio Eccleſiaſtica ſive jus ſuum Epiſcopale cum omnibus connexis in terris jam Evangelicis reviviſcat. Quamvis enim hoc jus ſuſpenſum eſſe dicatur, donec de religione ipſa convenerit; præſens tam religionis atque ſeculi genius vix unquam hoc ſperare permittit; nihilominus etiam hunc in caſum ſatis ſuperque proſpectum eſt, ut, ſi quod DEUS prohibeat, de religionis diſſidiis amicabiliter conveniri non poſſit, hæc tamen Pax perpetua ſit & ſemper duratura art. v. §. 14. I. P. Nec eſt, quod quis exiſtimet, futurum hoc tamen, ſi Catholici Domini, vel ſubditi ſurrogentur in locum Evangelicorum. Fac enim Dominum ſacra Romana amplecti, vel ſuccedere Catholicum Principi Evangelico, ſubditis A. C. addictis, ille ſane jus, quod

wandte ſchwehr gemacht / verweigert / und dieſelbe Catholiſche zuheurathen durch vielerley Verzögerung und Verhinderung getrungen. Die Heuraten zwiſchen Catholiſchen und Evangeliſchen werden gleichfalls geweigert / es ſeye dann / daß der Evangeliſche Theil den Catholiſchen Glauben anzunehmen ſich erklähre: die beyden A. C. Verwandten ſonſt zugelaſſene Matrimonia ſo wohl ratione conſanguinitatis, als zwiſchen Gevattern und Pathen werden von der Geiſtlichen Obrigkeit dergeſtalt angefochten / daß ſelbe entweder gäntzlich verbothen / oder die auch wohl gar jam contracta wider diſſolvirt, und pro irritis erklähret / oder doch / wann ſie ja ohne Scheidung gelaſſen / hart und ſehr empfindlich geſtrafft werden / oder ſich zu der Catholiſchen Religion bequemen müſſen. vid. Acta Sileſiaca.

Digitized by Google

quod habuit circa ſacra Epiſcopis cedere nequit, ſed cedere potius tenetur ſuis ſubditis, quibus ex ſtatu atque poſſeſſione anni ſui decretorii jus eſt quæſitum cum in ſacris ſtatum conſervandi, retinendi, quo tunc gaviſi fuere; Neque jus ejus reformandi tantum operabitur, ut ipſe publicum religionis exercitium Catholicum conſtituere poſſit cum oſtenderimus, non niſi cum conſenſu ſubditorum id fieri poſſe; qui unicus caſus reſtat, ubi reviviſcentiæ juris Epiſcopalis locus eſſe poſſet, ſiquidem ſubditi cum Domini conſenſu ſacra Romana amplecterentur. Fac enim ſolos ſubditos religionem Catholicam repetere, ſiquidem in terris Evangelicis ſint ſub Domino Evangelico; I. ille haud tenebitur ipſos tolerare contra ſtatum A. 1624. II. PoſitoDominum eos tolerare ab ipſo dependebit qualia jura, quale exercitium religionis ipſis concedere velit; ſub obſequio in ſacris juribus ſane eos nunquam eximet; cum ad id ſaltim teneatur vi Pacis Weſtph. ut conſcientiæ libertatem ipſis relinquat, utque eos domi devotioni ſuæ vacare permittat, adeo, ut nequidem teneatur pati Clericum intrare eorundem ædes, ibique ſacra tractare, ſacramenta adminiſtrare; cum hæc ad privatum atque publicum religionis execitium ſpectent, quod ſiquidem poſſeſſio ejus anno 1624. demonſtrari nequeat, â Magiſtratus dependet conceſſione art. V. §. 34. ibi enim privatum atque publicum religionis exercitium à domeſtica devotione atque tolerantia ſatis evidenter diſtinguitur (*mm*) Quam-

(*mm*) Privata devotio domeſtica omnino diſtinguenda eſt à privato religionis exercitio, utpote ad quod miniſter verbi divini admittitur, admittitur etiam ſacramentorum adminiſtratio, ſed ſaltim intra privatos

Digitized by Google

Quamvis Chriſtianæ religionis indoles, viſque rationis aliud ſane expoſcere videatur; quid enim quæſo durius eſt, quam moribundo omnem ſolaminis viam præcludere atque cum morte æternitatiſque meditationibus luctanti, novos conſcientiæ, licet erronea, ſcrupulos movere, nec pati, ut quovis modo hoſce ſibi adimat, ut ad rationes coram DEO reddendas præparetur, excitetur, nec ut cum DEO reconcilietur ſacramentorum uſu, quæ non niſi â ſuæ religionis miniſtris ſalutari cum effectu ſibi exhiberi poſſe exiſtimat. Nec dubium, Evangelicos Principes atque ſtatus hic longe mitiores eſſe Catholicis, imo longe adhuc mitiores futuros, ſi id

privatos parietes; quæ in privata atque domeſtica devotione haud admittuntur; utpote quæ domi fit privatim DEUM orando, aliisque pietatis exercitiis ipſi inſerviendo, ſed absque miniſtro Eccleſiæ, aliisque actibus miniſterialibus. conf. Schuzii Manuale Pacificum quæſt. 18. p. 36. ſed notari hic omnino meditatio meretur Joh Deckheri, quam habet in conſult. forenſ. „ L. I. c. XXXIII. Ubi Privatorum, inquit, oculis & „ ſenſui, forſitan cujuscunque etiam patientis adverſa„ riorum, lacrymabile videtur, nec ſine cauſa eſt: „ Agonizanti homini, inter vitæ & mortis confinia „ tremulis veſtigiis hærenti, ſatalem & decretoriam „ horam ipſum ad DEI Filii tribunal, peccatoribus „ tremendum, evocaturam, moribunda inter ſuſpiria „ operienti: Et quod magis eſt, proximo tuo & „ Chriſtiano Solatium poſt conſummatam temporis „ hujus miſeriam, non reverſurum, abolitionem pec„ catorum, & viaticum ad, unaquaque religione a ſe & ſua ſola, ut enuntiant, ſperatum Cœlum, vi juris plusquam ambitioſe perſequendi, negaſſe, Sed Magiſtratibus aliam putat eſſe mentem,

Digitized by Google

id etiam praxis multis in terris Principum Evangelicorum contraria. (*nn*)

§. 41.

Sunt omnino & aliæ ſpecies reviviſcentiæ juris Epiſcopalis, quas avide acceperant Catholici. Quid enim ſub hoc prætextu auſus fuerit paucis abhinc annis Elector Moguntinus in Ducatu Bipontino Badenhemii, & in comitatu Comitum Rhenenſium zu Wörſtatt, Oberhaubheim und Eilach, ſatis teſtatur memoria ſtatuum Proteſtantium in comitiis Cæſareo commiſſario Principali die 13. october. 1719. tradita. Licet enim hiſce *Caſus prætenſæ hujus reviviſcentiæ recenſentur.*

P in

(*nn*) Docent id etiam poſtulata Proteſtantium duabus vicibus ea de re Catholicis exhibita apud Londorpium T. IV. Act. publ. L. 3. c. 33. & 38. ubi hæc habentur: Sonderlich bey denen ungeſunden Zeiten / und zuſtehenden Schwachheiten / zu Kindtauffen und Verſehung der Krancken mit Troſt und dem Heiligen Abendmahl / Evangeliſche Prediger / ſo ſich gleichwohl in terminis ſolcher actuum, und auſſer denen unverweißlich zu halten / auß der Nachbarſchafft hohlen zu laſſen. Hinc etiam in Epiſcopatu Hildeſienſi huic defectui per receſſum anni 1711. proſpectum eſt, ubi hæc fuere ſancita: denen Predigern A.C. ſoll nicht verwehret werden / ihre Krancken Glaubens-Genoſſen in den Catholiſchen Dörffern / Amts-Häuſern und Cloſter-Höfen / wie auch die etwan in Hafft ſitzende Maleficanten A.C. zu beſuchen / und dieſe letztere zum Todt zubereiten und zubegleiten; Inmaſſen dann auch denen Catholiſchen die Beſuchung der Krancken und Malefiz-Perſonen ihrer Religion an Orten A.C. im Stifft / jedoch ohne Catholiſche offentliche Cerimonien / und in der Stille nicht ſoll verſaget werden. vid. Fabri Staats-Cantzley T. XVII. c. 13.

Digitized by Google

in locis an. 1634. ſola religio Evangelica floruerit, tamen vi clauſulæ art. V. Pacis Ryſvicenſis a. 1698. à Principe Salmenſi, qui ad Pontificia ſacra tranſierat, nomulla fuere immutata, religioque Catholica introducta; hinc Elector Moguntinus petiit ſibi tanquam Ordinario, vi juris diœceſani reviviſcentis deberi collationem parochiarum dictis in locis, idque armata manu exequi ſuſtinuit, quemadmodum id copioſius refertur in denen beylagen des Keyſerlichen Commiſſions-Decret de A. 1720. L. B. n. 2. ſed non opus eſt, ut Legibus publicis hoc contrariari oſtendatur, cum nec ipſe Auguſtiſſimus Imperator id probaverit. (*oo*) Nota etiam eſt ex Actis publicis controverſia in cauſa Nobilium Suevorum de Rackeniz, eorumque Vaſallorum Neoburgicorum, quibus Ieſuitæ coram regimine Neoburgico litem denuntiaverant de certis bonis, quibus inhiabant, poſtquam mater horum Nobilium, Domina de Rackeniz ſacra

(*oo*) Hinc ad A. Epiſcopum Moguntinum reſcripſit: Können wir dasjenige / was von Ewer Liebden gegen die A. C. Verwandte verübet = = = oder verordnet ſeyn ſolle / nicht gut heiſſen. = = = Wie wir ſolches an E. Lbd. hiemit Kayſerl Geſinnen / und ernſtlich befehlen / indeme armata manus, aut juriſdictio in alieno territorio weder erlaubt noch das jus Diœceſanum, ſolchermaſſen zu behaupten / ſondern allenfalls für jetz und hinkünfftig aus Kayſerl. Macht nach den Reichs-Geſetzen hiemit unterſaget iſt; Gleichwie im übrigen der Begriff und wahre Verſtand und Gebrauch des juris Diœceſani & juris Reformandi in denen Friedens-Schlüſſen = = = ſich deutlich vorgeſchrieben findet. vid. Commiſſionis Decret N. 27.

ſacra Romana fuerat amplexa ſub hoc prætextu: Pacem Weſtphalicam proviſionaliter eſſe conſtitutam, ad eamque non diutius provocari, quam ſtatus atque immediati cives Imperii A. C. profiteantur; quod ſi autem ad Catholicam fidem fuerint reverſi, ea bona Eccleſiaſtica Clero iterum vindicari poſſe, cum poſſeſſores ejusmodi bonorum jure canonico habeantur pro raptoribus, Prædonibus imo ſacrilegis, hinc absque mortali peccato ea poſſideri a Laicis non poſſe, ut mala fides ſemper etiam obſtet, quo minus uſucapi poſſint. vid. Fabri Staats-Canzley T. XIX. c. I. p. 32. & T. XXXVIII. p. 143. nec non Electa Juris publici T. IV. p. 91. §. 257. Sed vix opus eſt ut hiſce refutandis immoremur, cum male ſua ſponte corruant; ita enim nec ſubditis proſpectum foret in Pace Weſtphalica, nec niſi peſſimis uſurpationibus omnia bona Eccleſiaſtica ab Evangelicis tenerentur, quorum verum dominium adhuc hodie Clerus Romanus revera haberet; quod omnem omnino vim Paci religioſæ atque Weſtphalicæ adimeret, ſiquidem admitti deberet, neque ullus eſſet effectus annorum decretoriorum tanta ſolicitudine à ſummis olim Paciſcentibus conſtitutorum. Ut vero id evidentius pateat, agedum videamus, quosnam effectus Juri reformandi ſtatuum Imperii anni decretorii ſalvos reliquerint, quos non.

§. 42.

Quam exoſum fuerit Catholicis Jus Principum reformandi ab initio Reformationis, utpote quod ſolis Epiſcopis competere volebant, acta publica paſſim teſtantur, ſed in contrarium tantum non omnes hodie tendunt, postquam animadver- *Quale jus reformandi Catholici ſibi concipiant?*

terunt, quam commodam hoc jus occaſionem præbeat ſiniſtro religionem propagandi Zelo, ut pulcherrimos inde colores perſecutioni, tantopere ipſis nunquam non adamatæ, quorumvis à ſua religione diſſentientium illinere nitantur, ut abſolutam inde poteſtatem extorqueant pro lubitu Principum religionem ſubditorum mutandi, formulas ipſis præſcribendi, omniaque circa religionis exercitium libere diſponendi, id quod Pace religioſa Statibus indultum fuiſſe, defendere haud erubeſcunt, flebili ſaltim emigrationis beneficio conſtituto, ſiquidem Principis religionem ſequi nolint. Ita ut ex regula, ex Catholicorum mente, jus reformandi ſit territorialis poteſtas pro lubitu Principis de religione ſubditorum ejusque exercitio atque connexis diſponendi, cum ejus ſit religio cujus ſit regio. Huic vero juri Pace religioſa hanc limitationem eſſe additam: ut ſubditi à domini religione diſſentientes cum bonis ſuis emigrare, immobiliaque vendere potuerint. (*pp*) Pace vero Weſt-

(*pp*) Quale jus Principibus circa ſacra atque in ſpecie reformandi Pace religioſa ex horum mente fuerit relictum, ex principiis Palatinis optime intelligitur, quod hodieque adhuc Sereniſſimo Electori integrum eſſe defendunt. Ita autem Rittmeyerus in Vindic. Juris Reform. p. 20. Wann man/ inquit, das tempus ante Bohemicum nicht weiter als zu den Religions-Frieden de A. 1555. gelten laſſen/ und alſo die Frage nach ſelbigen decidiren will (ſcilicet was vor Jura in ſacris atque Eccleſiaſticis Ihre Churfürſtliche Durchl. hätten?) Hätte der vor der Böhmiſchen Unruh zu der Catholiſchen Kirche wiederkehrende Churfürſt Fridericus V. ex Jure Reformandi Macht gehabt/ nicht allein ſeine Religion überall einzuführen/ ſondern auch das Reformirte

Digitized by Google

Weſtphalica ſereniſſimos Paciſcentes alias adhuc limitationes addidiſſe, ut ſubditorum religioni magis proſpicerent, tam ratione eorum, qui A. 1624. in poſſeſſione fuerant §. 31. quam ratione eorum, qui in poſſeſſione dicto anno non fuerant, §§. 33. 34. 35. ſqq. art. v. Extra haſce exceptiones ſummo beneficio ſubditis conceſſas, Jus reformandi ſtatuum Imperii illimitatum illibatumque manere. Exceptiones has tanquam odioſas ſtricte eſſe interpretandas, ut in caſibus non exceptis firment regulam, Jus ſcilicet reformandi; imo in Palatinatu has exceptiones plane non obtinere ratione ſubditorum, cum ex capite gravaminum non ſint reſtituti, quibus utpote ante motus Bohemicos nulla fuerint gravamina; Sereniſſimum vero Electorem ex capite amneſtiæ reſtitutum in eum ſtatum, qui fuerit ante motus Bohemicos, non potuiſſe non reſtitui etiam integro atque illimitato Juri reformandi, nullis ſubditorum juribus

 impe-

Exercitium, wie die Evangeliſche Lands-Herren damahls mit dem Catholiſchen Exercitio es gehalten/ auffzuheben/ ihnen ihre Kirchen und Schulen zu verſperren/ die darzu gehörige Häuſer/ Renten und Gefällen denen Catholiſchen Kirchen- und Schulbedienten zuzuwenden/ und ſonſt alles dasjenige zu thun/ was eo tempore einen Catholiſchen Reichs-Stand Secundum Principia Pacis religioſæ zukommen iſt/ &c. Ne quis vero putet, hæc principia privati ſaltim Auctoris eſſe, velim conferat B. L. ea, quæ in Actis publicis, atque reſponſionibus Aulæ Palatinæ habentur, quibus adverſus Legatum Brandeburgicum Dn. Baron de Boezlaer A. 1701. cauſam ſuam defenderat, uti ea habentur in Thucelii Actis Publ. Sec. XVIII. T. I. p. 147. 159. ſqq.

Digitized by Google

impedito, utpote quibus ante motus Bohemicos nulla in ſacris jura fuerint *(qq)* Et quamvis negari nequeat art. III. J. P. etiam ſubditos Palatinos ex capite amneſtiæ eſſe reſtitutos, id tamen hunc in finem ſolum eſſe factum, ne actuum hoſtilium durante bello factorum, ulla amplius extet memoria. Paucos Lutheranos ratione religionis templorumque poſſeſſionis cum IncolisOppenheimenſibus ad Anni 1624. ſtatum eſſe reſtitutos, quod vero Reformatos nullo modo concernat. Quo, quæris, effectu hæc ſibi dari volunt Catholici? ſane non alium in finem, quam ut tueantur, jus reformandi in eò haud fuiſſe reſtrictum, quo minus, ubi velint, exercitium ſuæ religionis introducant, modo ii, qui in poſſeſſione fuerant A. 1624. illud pariter retineant, ut templa relicta atque deſolata religionis ſuæ ſociis permittant; ut jurisdictionem Eccleſiaſticam in ſubditos ſuos cujuscunque religionis exerceant, eo modo, ut omni ratione religioni Proteſtantium exilium immittant; bona Eccleſiaſtica Clero Romano iterum vindicent, Id quod ad oculum patet ex literis Catholici cujusdam A. 1701. perſcriptis, quæ memoratu omnino dignæ ſunt, vid. Acta publica Thucelii T. I. p. 189. Neque etiam Rittmeyerus Conſiliarius Palatinus veritus eſt Sereniſſimo ſuo Electori tale jus reformandi adſcribere, ut, ſiquidem vellet, poſſet non ſolum ſuæ religionis exercitium ubi-

(qq) contrarium probavit modo dictus Legatus Dn. L.B. de Bœzelaer oſtendendo conſiſtorio, Collegio Eccleſiaſtico adminiſtratorio Bonorum Eccleſiaſticorum, Academiæ Heidelbergenſi &c. inſignia fuiſſe jura, vid. c. l. Acta publ. T. I. p. 148.

ubique introducere, ſed etiam exercitium religionis à ſua diſſentientium tollere, templa ſcholaſque eorum claudere, ædes, reditus, bonaque Eccleſiaſtica ſuis deſtinare religionis ſociis vid. ejus Vindic. Juris Reform. c. III. Sect. III. p. 29. ſq. (*rr*)

(*rr*) Quantum vero tale jus reformandi à ratione abhorreat, ad oculum demonſtravimus c. I. quantum à Pace religioſa, infra docebitur ad §. 44. not. *tt*. quantum à praxi atque mente Evangelicorum, experientia loquitur: Unicum moderationis Evangelicæ contra diſſentientes velim capias exemplum ex Cynoſura Eccleſiaſtica Wurtembergica p. 158. & 159. ubi Sereniſſ. Legislator ita mentem ſuam exprimit: Die im Land ſich befindende Leut widriger Religion/ weilen ſie nicht mit Zwang/ ſondern Chriſtlicher Sanfftmüthigkeit/ freundlichem Zuſpruch und treuhertziger Information nach und nach zu unſrer Religion zu gewinnen: ſollen allein beſcheidentlich dahin erinnert werden/ daß ſie unſere Predigten fleißig beſuchen/ und dieſelbige nicht läſtern und verachten/ ſondern der Sachen in Gotesforcht nachdencken/ und ſich deren in Gottes Wort gegründeten Wahrheit halsſtarrig mit Verluſt ihrer Seelen Seeligkeit nicht widerſetzen ſollen/ und ſollen die Pfarrer und Prediger ihre Predigten und Actiones alſo einrichten/ damit dergleichen Leut zu Beſuchung derſelben Luſt gewinnen/ und ſich deſto eher dazu bequemen mögen. Cum Mauritius Saxoniæ Elector atque Joachimus Elect. Brandeburg. inſtante, Carolo V. Imperatore formulam fidei Interim dictam Juterbocci A. 1548. Se recepturos promitterent, ita mentem ſuam hac de re expoſuere: Daß wir uns darauf/ nach vorgehaltenen Rath unſerer fürnehmſtem Theologen/ miteinander freundlich unterredet/ und nachgeſchriebener Articul verglichen und vereiniget/ und auch alſo verabſchiedet haben/ daß wir uns beyde befleißigen wollen/ dieſelbige Articul in rechten Chriſtlichen

§. 43.

Num Palatini ſtatum fixum in I. P. W. acceperint, & qualem?

Verum quantum ad Palatinos ſubditos attinet, mirum ſane eſt potuiſſe adhuc ulli in mentem venire, ipſos ratione exercitii religionis ſuæ ſtatum fixum in I. P. haud accepiſſe. Nemo enim dubitat ipſos ſubditos reſtitutos fuiſſe cum ſtatibus immediatis ex capite amneſtiæ in ſacris & profanis in eum ſtatum, quo ante motus Bohemicos gaviſi ſunt, vi art. III. quamuis vero hæc reſtitutio ſit facta, ſaluis juribus quibuscunque in bona reſtituenda, ſive Secularia, ſive Eccleſiaſtica, tantum tamen abeſt, ut inde libertati vel religionis, vel juribus ratione exercitii religionis bonorumque Eccleſiaſticorum quicquam derogetur, ut potius expreſſe atque ſollicite caveatur, ne hæc clauſula ſalvatoria *articulis aliter conventis, interque hos compoſitioni gravaminum aliquid deroget. Nam quantum juris in bonis Eccleſiaſticis hucusque controverſis ejusmodi reſtituti vel reſtituendi (ſub quibus etiam ſubditos comprehendi antea dictum eſt) ſunt habituri patebit infra articulo de Gravaminum Eccleſiaſticorum compoſitione.* art. III. §. 2. Accedit etiam art. IV. §. 13. tam clara hac de re diſpoſitio, ut omnium dubiorum caligo diſſipetur; *tota domus Palatina cum omnibus & ſingulis, qui ei*

Verſtand bey unſern Unterthanen / mit ihrer Bewilligung ins Werck zu bringen. vid. Hordled. de C. B. G. L. III. c. 86. Puto ſatis exinde pateſcere, qua ratione Principes ſuum jus reformandi exercuerint, qualemque de eo opinionem foverint, eosque ab omni vi ſubditis ratione exercitii religionis inferenda ſemper alieniſſimos fuiſſe conf. infra §. 49. n. 4.

ei quocunque modo addicti ſunt, etiam exules fruantur amneſtia generali, & hac transactione ſingulariter in puncto gravaminum pleniſſime. Statim poſt pacem Weſtph. annum 1618. pro regulativo in Palatinatu ab ipſo Electore Carolo Ludovico habitum fuiſſe, literæ ad Dominum de Sickingen datæ a. 1652. ob gravamina Evangelicis illata, ſatis teſtantur, ubi hæc leguntur: Wann wir uns aber aus angezogenen Friedens-Schluß viel eines andern, und deſſen zu beſcheiden wiſſen, daß keinem Stand des Reichs eine Aenderung in der Religion, als wir ſie A. 1624. und abſonderlich in unſern Landen Anno. 1618. exerciret worden, einzuführen erlaubet iſt ꝛc. vid. Käyſerlichs Commiſſions-Decret de A. 1720. Beylages. A. eandem interpretationem aliquo modo edidit ſupremus Imperii Judex Glorioſiſſimus olim Imperator Ferdinandus III. in dehortatoriis ad eundem dominum de Sickingen de Anno 1653. ubi ita legitur: - - - - daß du die Unterthanen nicht beſchwehreſt, ſondern bey dem exercitio religionis, ſo ſie vor und in A. 1624. gehabt, gäntzlich bleiben laſſeſt. ib. lit. C. unde manifeſte apparet, alium plane terminum a quo conſtitutum fuiſſe Palatinis ſubditis, qui anterior eſt anno 1624. in quantum ad liberam tutamque religionis poſſeſſionem. Imo eundem annum 1618. ab ipſo Electore Philippo VVilhelmo pro decretorio fuiſſe habitum in fauorem ſubditorum Reformatorum, illique conformiter a conſiliariis intimis fuiſſe pronunciatum teſtatur. Auctor Examinis Vindiciarum juris Reformandi contra Ritmeyerum

meyerum p. 85. Quid quod ipſe Carolus Ludovicus ſuo exemplo id docuerit, dum omnes communitates ſeu Eccleſias religioni Catholicæ Romanæ addictas, ſi ante motus Bohemicos anno ſcilicet 1618. in Palatinatu inferiori exercitium ſuæ religionis habuerunt, eo in ſtatu reliquit, in quo illo tempore ſe fuiſſe probare poterant. Ipſum etiam Cæſareum Legatum Iſaacum Vollmarium A. 1651. in literis ad Electorem datis reſpondiſſe conſtat: Würde Euer Churfürſtl. Durchl. obligen vor allen Dingen ſpecifice zu exprimiren und zu probiren, was und wie viel der prætendirten Leibeigenen Leuth im Stifft Speyer ꝛc. das Churfürſtl. Hauß Pfaltz Anno 1618. beym Anfang der Böhmiſchen Unruh im wircklichen Beſitz gehabt ꝛc: Cæterum jam alii obſervarunt, quam male conſulant Palatini commodis Sereniſſimi ſui Electoris, cui graviſſima adhuc lis intercedit cum Epiſcopo VVormacenſi ob monaſterium Neuhauſen; maxime enim Palatini ſemper ſe fundarunt in poſſeſſione anni 1618. cum anno 1624. a Bavaris atque Hiſpanis fuerit occupatum, vid. alias adhuc rationes adducentem Henniges in Medit ad J. P. art. III. nec non Acta publica Thucelii T. I. p. 106. ubi inſimul reſponſiones Palatinorum adducuntur.

§. 44.

Jus reformandi illimitatum refutatur.

Hoc præſuppoſito, inquirendum jam nobis eſt, quam vere Catholici natiuam juris reformandi indolem exprimant illa ipſa imagine, quam ſupra ex ipſorum mente depinximus. Non repetamus hic ſupra dicta de vera juris reformandi indole

indole; ſed id ſaltim hic annotaſſe breviter ſufficiat, quam male Principum auctoritati atque famæ conſulatur, dum tale jus ſibi vindicaſſe dicuntur, quod omnibus legibus divinis e diametro contrarium, non poſſet non omni religionis vi exilium immittere; ſiquidem enim religio pure ab Imperantium arbitrio dependeret, quid quæſo ipſi divini poſſet ineſſe? & quotusquisque non merum illam inventum Politicum jure exiſtimaret, ad coercendos homines! Quantum à violenta religionis propagatione Proteſtantes abhorreant, ipſorum principia ſatis loquuntur (*ss.*) nec

(*ss*) Sufficiat hic ſaltim allegaſſe Georgii Marchionis Brandenburgici, Pii & Conſtantis dicti, ex domo Onolsbacenſi orationem in comitiis Auguſtanis A. MDXXX. ad Imp. Carolum V. habitæ, ubi inter alia hæc habentur: Dann in dieſer Sach/ die GOtt betrifft/ werde ich durch unwidertreiblichen Göttlichen Befehl dahin bewogen/ den Kayſerlichen Decreten/ Befehl und Begehren mich zu widerſetzen/ es gehe auch wie es wolle = = und darum = = = = trage ich keine Scheu/ auch die Lebens-Gefahr (welche/ wie ich höre/ uns Evangeliſchen gedrohet worden/ auszuſtehen/ und meinen Kopff darzulegen. vid. Joh. Saubertus in miraculis Auguſt. Conf. ſub num. XVI. p. 115. & Georg Cœleſtinus in Hiſtor. Comitior de A. MDXXX celebr. p. 84. Jungendem huic loco eſt reſponſum Electoris Palatini Friderici III. Imperatori Rudolpho II. datum, cum in Comitiis A. C. MDLXVI. Singulari decreto ipſi iniungeret, ut a reformata religione deſiſteret: Darauf habe Ew. Kayſerl. Majeſtät/ zuvor/ und ehe ich abgetreten bin/ in der Perſon vermeldet/ daß in Gewiſſen- und Glaubens-Sachen/ ich mehr nicht/ als einen HErrn/ der ein HERR aller Herren/ und König aller Könige iſt/ erkänte/ des Sinns und

Digitized by Google

nec eſt, quod quis exiſtimaverit illud axioma: Cujus eſt regio, illius etiam eſt religio: Evangelicis ſuos debere natales, cum a Seculo decimo quarto imo altius nonnulli illud repetant, quemadmodum videre eſt apud Paulum Sarpium. Hiſt. Concil. Trid. L. 3. p. 725. & Londorpium Tom. IV. act. publ. p. 240. (*tt*) Mirum eſt ſane potu-

Meynung bin ich noch/ und ſage derowegen/ daß es nicht um ein Kappen voller Fleiſch zu thun/ ſondern daß es die Seel und Seeligkeit belanget/ die habe ich von meinem HERRN und Heyland Chriſto ein Befehl/ bin auch ſchuldig und erbietig dieſelbe ihm zu verwahren/ darum kan Ew. Käyſerl. Majeſtät ich nicht geſtehen/ daß Sie/ ſondern allein GOtt/ der ſie geſchaffen darüber zu gebieten habe. vid. Cortrei Obſerv. ad Pacem Relig. p. 77. T. II. Corporis J. P. digniſſima etiam, quæ legatur, diſquiſitio, quam durantibus tractatibus Weſtphalicis D. Platner conſiliarius olim Saxo Vinarienſis de ejectione ſubditorum Aug. Conf. ex terris Catholicorum concepit quæque mentem utriusque partis Proteſtantium atque Catholicorum exacte exprimit apud eundem Cortreium l. c. p. 233. ſqq.

(*tt*) Vix eſt, quo ſe tueantur Catholici, ſiquidem ad perſecutiones contra proteſtantes demulcendas hac regula, tanquam in Proteſtantium foris enata, utantur, idemque ſibi juris competere aſſerant, quod ſibi vindicavere Proteſtantes: Nam ut non dicam, probari non poſſe, hanc regulam; Ejus eſſe religionem, cujus ſit regio, Proteſtantibus ſuam debere originem; id facile tamen admiſerim, haud raro ad effectus Juris reformandi legitimandos Evangelicos hac regula uſos fuiſſe; Sed factum tamen id fuit, ſenſu à Catholicorum principiis toto coelo diverſo; cumque Camerales illa ante omnes alios uſos fuiſſe animadvertamus, placet paululum examinare quonam ſenſu utraque Cameralium

Digitized by Google

potuiſſe ſummis Imperii ſtatibus â nonullis perſvade-

Proteſtantium atque Catholicorum pars eam adhibuerit. Ita in cauſa Drolßhagen contra Münſter voto VII. apud Lehm de P. R. Libr. III. p. 173. hæc habentur. *Cath.* Obrigkeiten haben das richtige Recht vor ſich/ daß ſie wider ihre Unterthanen/ welche von ihrer Religion abfällig werden / mit ſtrengen Straffen an Leib/ Haab und Ehr verfahren können/ aber der Religions-Fried hat die Strenge gemildert und abgeſchnitten. *Evang.* in cauſa Colon. c. l. p. 245. voto VIII. Coactionem ad fidem, quæ per externam vim & corporales pœnas fit, Eccleſia Chriſti ignorat. *Cath.* in eadem cauſa Drolßhagen contra Münſter voto VII. l. c. Der Religion-Friede iſt auf die Stände gerichtet/ und nicht auf die *Privat*-Perſohnen der Unterthanen / welche ihren Herrſchafften in der Religion ſich zu beqvemen ſchuldig. *Evang.* in cauſa Colon. voto II. p. 235. ib. Obrigkeiten ſind nicht berechtiget ihre Unterthanen/ ſo ihrer Religion nicht beypflichtig zu ſtraffen/ oder auszuſchaffen/ weil dieſelbe ſambt ihnen in Religion-Frieden eingeſchloſſen. Imo addunt: ſicut ſuſpenſa eſt jurisdictio Eccleſiaſtica, ita & Magiſtratus ad puniendos vel expellendos ſubditos ob religionem. *Cath.* in eadem cauſa voto X. p. 125. Fürſten und Ständen iſt die Religion zu reformiren zugelaſſen/ Burger und Unterthanen ſollen ihren Obrigkeiten in Religion-Sachen Gehorſam leiſten/ oder ausziehen. *Evang.* voto. II ib p. 235. Ein Stand ſoll den andern in der Religion nicht hindern/ alſo auch eine Obrigkeit mit ihren Unterthanen. Sed quid de jure reformandi, quod ſtatibus competit: de hoc ita l. c. p. 239. Quemadmodum etiam ſtatibus non licet alteri alterum turbare reſpectu religionis: Si tamen ipſe ſtatus per ſe velit *reformare*, id ei permiſſum eſt: Ita etiam non licet uni parti alteram ejicere, ſi tamen *unanimi con-*

Digitized by Google

ſuaderii Jus ipſorum reformandi illimitatum eſſe, nec niſi una alterave exceptione per pacem religioſam atque VVeſtphalicam reſtringi; hinc regulam illud conſtituere, exceptiones eſſe facti, adeoque evidenter, & verbis quaſi expreſſis edocendas, cum in dubio Principes jura ſua jactare non præſumantur; hinc vi hujus juris reformandi omnia circa ſubditorum religionem ſtatibus imperii licere, quæ non evidenter excepta ſint. Sed quæſo, quo labuntur homines cœco affectuum impetu religionisque ſiniſtro Zelo! nec concipi poteſt, ita gratiam iniri apud Summos Imperii Principes, dum jus ipſis adſcribitur, revelato DEI verbo, ſanæque rationi contrarium; nec enim ipſi DEO tale jus adſcribere fas eſſet, utpote qui conſcientiis non

ſenſu velint reformare, hoc eis denegari non poteſt, Imo voto XII. p. 254. hoc modo proteſtantium mens exprimitur: Et ſane quicquid magiſtratui permiſſum eſt, mutare, reformare exercitium publicum. Seu miniſterium inſtituere, id ad inſtitutionem generalem pertinet, & ne in hac *Ipſi* tam inſtituenda, quam exercenda impediantur aut turbentur, ſed defendantur, nequaquam vero ad aliorum, & quidem *conſcientiarum* per rerum naturam *impoſſibilem coactionem*, qua quidem re, nihil magis tranquillitati publicæ eſt adverſum &c. Jam ſi quis abſque præjudiciis hæc invicem conferat, facile animadvertit, quo ſenſu Evangelici illo juris axiomate uſi fuerint: quod ejus ſit religio, cujus eſt regio: Scilicet ſupremam ſibi Principes Evangelici eo vindicabant inſpectionem in religionem, eamque territorio annexam eſſe defendebant, Epiſcopis eam propriam eſſe eo negantes; ſibique jus reformandi aſſerebant ratione abuſuum religionem atque ſubditos gravantium, ſed non niſi modo hactenus expoſito,

non vi dominatur, ſed ſumma ſapientia: qui religionem non enſe, ferro, rota propagandam curat, ſed efficaci animorum perſuaſione, convictione. Normam ergo juri reformandi ante omnia verbum DEI revelatum, & leges naturæ ſive rationis conſtituunt, ut abſolutiſſimus quisque Imperantium nullo modo eo uti poſſit, niſi huic normæ convenienter; ratione Statuum Imperii vero accedunt & aliæ normæ, Pax ſcilicet Religioſa atque Weſtphalica, imo & pacta cum ſubditis inita. Jus reformandi hiſce omnibus conformatum ſi regulam dixeris, non aberraveris; quod ſi ab his omnibus abſtrahas, & jus reformandi abſolutum, ſive poteſtatem pro ſuo lubitu de ſubditorum religione diſponendi regulam eſſe credideris; quærere ex te lubet; num tyrannidem Imperii civilis regulam exiſtimes, an vero ipſam imperii civilis naturam divinis legibus determinatam, nec non ſubditorum voluntatem pactis expreſſam? an juris vitæ & necis, quod Imperantibus competit, regulam eſſe putes, poteſtatem, pro lubitu circa civium vitam diſponendi; an vero neceſſitatem defendendi atque dirigendi civitatem ipſiusque ſalutem? Nolo duriora loqui, ſatis enim inde intelligitur, quam peſſime Reipublicæ conſulatur, ſiquidem tale jus reformandi unquam eas ſibi vindicaſſe defendatur. Quod ſi vero ad ſaniora revertaris Principia, nec aliud pro regula tribuas Statibus Imperii jus reformandi, niſi legibus divinis, legibus publicis, nec non conventis ſpecialibus conformiter determinatum, nihil habeo quod regeram; tunc enim revera idem dicis, ac ſi diceres, jus reformandi normam atque menſuram

Digitized by Google

ram ſuam capere ex legibus divinis, ex Pace religioſa atque Weſtphalica, nec non pactis ſpecialibus; per conſequens admittas neceſſe eſt, regulam poſitam eſſe hodie Juri reformandi, qualis ſit lex divina, Pax religioſa nec non Weſtphalica, in qua cum tanquam unicum futuræ obſervantiæ fundamentum poſitum ſit die 1. Januarii ratione Statuum; & quacunque anni 1624. parte habita poſſeſſio ratione ſubditorum (niſi in quantum aliter diſpoſitum eſt ratione reſtitutorum ex capite amneſtiæ) luce clarius omnino ſequitur annum 1724. eſſe regulam juris reformandi *(uu)* Quouſque vero ejus anni, nec non anni 1618. ratione reſtitutorum ex capite gravaminum, poſſeſſio ſit extendenda ex mente ſummorum Paciſcentium, id ſi ex ſpecialibus jam eruatur caſibus, ingratum haud futurum ſpero.

§. 45.

Num ſtatus ſubditos diverſa ſa â ſe religionis tolerare debeant, quibus nec publicum nec privatum fuit exercitium A. 1624.

Num ergo Status Imperii ſubditos à ſua religione diſſentientes tolerare debeant, quibus nullum anno 1618. vel 1624. fuit religionis vel publicum vel privatum exercitium, & quouſque jus eorum reformandi hic reſtrictum ſit, quæritur? Quantis animorum motibus ante Pacem Weſtphalicam & in ipſo ejus tractatu diſputatum fuerit, quouſque ſubditi a Principum religione diſſentientes tolerari debeant, excutere jam non vacat; *(xx)* Sed

(uu) Neque id negaverat olim Ferdinand Buckiſch, ſedulus Catholicorum Promachus obſ. XC. ad J. P. ubi expreſſe hæc ponit: Hic annus 1624. pro norma & regula univerſali obſervandus, ad quem in omnibus deductio facienda.

(*xx*) Sed quid Pace Weſtphalica conſtitutum hodie obtineat juris, evolvendum erit. art. V. § 34. conſtituitur, ut ejusmodi ſubditi, qui anno 1624. *nullum exercitium religionis habuere, nec non, qui poſt pacem publicatam deinceps futuro tempore diverſam a Territorii Domino religionem profitebuntur & amplectentur, patienter tolerentur, & conſcientia libera domi devotioni ſuæ, ſine inquiſitione aut turbatione privatim vacare, in vicinia vero, ubi & quoties voluerint, publico religionis exercitio intereſſe, vel liberos ſuos exteris ſuæ religionis ſcholis, aut privatis domi præceptoribus inſtituendos committere non prohibeantur.* Sane ſi ſolus hic §. phus de his ſubditis aliquid conſtitueret, qui exercitium religionis anno 1624. non habuerunt, dubium vix eſſet, tolerandos eos eſſe, ut non niſi ſponte migrare volentibus emigrandi beneficium eſſet conſtitutum; ſed cum §. 36. de eo etiam diſponatur, qui vel ſua ſponte emigrare voluerit, aut a *territorii domino juſſus fuerit*; imo §. 37. de *coacte* emigrantibus, aliter ſane vix dici poteſt, quam lege publica non impediri Imperantes, quo minus jure reformandi uti poſſint adverſus eos, qui publicum vel

Q priva-

(*xx*) Certum eſt, tam acriter Proteſtantes ſuo petito inſtitiſſe, ut declaratio Ferdinandea de A. 1555. die 24. Sept. de autonomia ſubditorum ſemper obſervaretur, ut Cæſarei denique Plenipotentiarii cedere coacti fuerint, utque conſenſum denique fuerit in Articulos in Trautmansdorfiano Inſtrumento expreſſos, de quo infra. Sed Bavarus atque Colonienſis aliique Electores vel maxime poſtea contradixere, vid. Protocollum, quod Cortreius inſeruit Obſerv. ad P. R. p. 413. ſqq. & paſſim nec non Protollum Vollmari editum ab eodem Cortreio T. 1. Corporis Juris publici.

Digitized by Google

privatum religionis exercitium non habuerunt A. 1624. vel qui hodie adhuc religionem mutant; modo illis quinquennii ſpatium ad emigrandum; hiſce vero triennium concedatur; & modo ipſis liberum ſit aut retentis bonis, aut alienatis diſcedere, nec illis teſtimonia nativitatis, opificii aut vitæ honeſtæ denegentur &c: Ad tolerandos hoſce ſubditos Principem Lege publica non adſtringi etiam ex §. 43. art. 5. apparet, ubi ſubditi, territorii jure vel poſt terminum anni 1624. controverſo, propter mutatam interim religionem, pendente territorii controverſia, migrare cogi non poſſe aſſeruntur. Dum ergo ſingulari modo hic cavetur ſubditis, neceſſe eſt, ut reliquis Principibus integrum ſit, num hoſce ſubditos tolerare velint, nec ne. An vero id principiis religionis atque rationis conveniat, de eo ſupra dictum eſt. Certum eſt hanc diſpoſitionem Evangelicis originem non debere; Ita enim Sueci adhuc anno 1647. in Inſtrumento Osnaburgæ die 14. Aprilis urgebant art. XVI. *ut ejusmodi ſubditi una cum liberis & domeſticis, privata ſaltim & diviſitus conceſſa conſcientiæ libertate gaudeant. Nec omnino quisquam ob religionem ſuam diſtrahere, & ſolum vertere cogatur; ſed domi ſuæ tuti precibus piisque hymnis & lectioni divinarum, aliarumque ſcripturarum libere vacent; neque ullo modo prohibeantur apud finitimos, ubi, quotiescumque libuerit, publico religionis exercitio intereſſe, vel liberos ſuos exteris Evangelicis ſcholis, aut privatis domi Præceptoribus inſtruendos committere, vel e Vicinia ſacerdotes accerſere, quoties jungenda matrimonia, vel infantes ſacrum baptiſma, vel ægrorum imbecillitas uſum dominicæ cœnæ verbique divi-*

divini ſolatia expoſcunt. Imo in ipſo Inſtrumento Trautmannsdorfio Cæſareo ultimo Anno 1647. menſe Junii brevi poſt Suecicum compoſito, & Monaſterii excuſo, mitiſſima adhuc hac de re habetur ſententia, ex qua haud obſcure colligere licet, qua ratione verba tam ambigue poſita in Inſtr. Pacis Weſtphalicæ poſtea irrepſerint, verba art. XII. ita habent: *Quicunque in immediatis ditionibus habitare deprehenduntur tempore publicata pacis (ſcilicet qui exercitium religionis non habuere in anno decretorio) Religionis cauſa ſolum vertere, bona venundare, emigrare nullatenus cogantur, ſed patienter tolerentur, conſcientia libera domi devotioni* &c. De illis vero, qui poſt pacem publicatam diverſam a domino religionem profitebuntur, & amplectentur dicitur: *juſſu quidem magiſtratus religionis cauſa termino præfixo decennali, emigrare teneantur. Quod ſi intra hoc tempus bona ſua vendere, aut commoditatem domicilii transferendi invenire nequiverint, ſecundus terminus quinquennalis ſcilicet præfigatur, quo elapſo, ſi etiamnum moras nectant, magiſtratus eos ulterius tolerare non teneantur.* Sed hæc principia, quanquam Trautmannsdorfio, quanquam cæteris Legatis jam probata, reliquis tamen Catholicorum maxime Viennæ minime fuere probata; *(yy)* utpote quo Monaſterio

 Traut-

(yy) Notat *Dekerus* in Conſult. P. I. c. XXXV. quod Catholici ad hunc arti. annotaverint ſequentia: Dieſen Articul verwerffen wir gäntzlich/ denn er iſt der Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten eigene Regul: cujus eſt regio illius etiam de religione diſpoſitio, zuwider. Wiewohl wir facultatem reformandi denen Evangeliſchen Ständen weiter nicht ge-

Trautmans dorſius abierat, crebris ab aula juſſis
revocatus, lætis Pontificis, Hiſpani & Catholico
rum Bavari maxime & Electoris Colon; quorun-
dam Legatis, mite Viri ingenium, & moderati-
ora, quam Pontificium decerint, conſilia impro-
bantibus, & Auguſtanæ confeſſionis, cui olim
addictus, affectum non omnino exutum ſuſpican-
tibus. Vid. Pfanneri Hiſt. P. W. L. lv. §. 40.
Nota etiam ſunt, puæ hacdere fuere acta inter
Cæſareos atque Proteſtantes ratione terrarum
Auſtriacarum atque Sileſiacaii, & puam acriter
etiam libertati religionis ſtabiliendæ inſtiterint
Auſtria-

ſtändig ſeyn/ als der Religions-Frieden mit ſich
bringt. Sed Lampadii reſponſio nomine Evangelico-
rum non minus memoratu digna eſt, qui, ſi Catho-
lico, inquit, Magiſtratui poteſtas concedatur Evan-
gelicos expellendi, eorumque ſacra abolendi, Apoſto-
los ac martyres univerſos infamia notatum iri: quippe
cum ejusmodi poteſtate admiſſa, iſti ob denegatum
magiſtratui obſequium merito pœnas veluti malefici de-
derint. vid. Pufend. de rebus Succ. ſac. h. XX. §. 89.
Cumque Plenipotentiarii Cæſarei inevitabilem neceſ-
ſitatem concedendi autononiam repræſentarent die 19.
Junii 1647. ſequentia tamen annotavere; neſcio an
non fraudem Catholicorum teſtantia: Dabey gleich-
wohl ſolche Fürſichtigkeit gebraucht worden/ daß/
wo man auff dergleichen mißglaubende Perſonen
ein wachſames Aug haben will/ hundertley Gele-
genheit nicht ermangeln werden/ ihnen dergleichen
Eigenwilligkeit (quod tam pertinaciter religionis li-
bertatem ſibi ſtipulati fuerint) zubeſchneiden/ ein-
zuſtricken/ und ſie gar ohne Zuwartung des langen
Termins aus dem Land zu ſchaffen. vid. totam hanc
repræſentationem in fine Protocolli a Cortreio inſerti
Obſ. ad P. Rel. p. 421.

Digitized by Google

Proteſtantes, flecti e contrario neſciis Auſtriacis, qui nullo modo jus reformandi ſibi non minus quam cæteris ſtatibus competens, reſtringi pati volebant, adeo ut Ttrautmansdorfius conteſtatus fuerit: *Imperatorem malle potius coronam & ſceptrum deponere, imo vitam amittere, quam juri reformandi renuntiare* vid. Cortrei Obſerv. ad P. R. p. 422. die 19. Jul. 1647. Germaniæque Proceres merituros pronuntiaret turbatæ pacis, perditæ patriæ opprobria, atque Cæſaris Catholicorumque indignationem, odia atque arma, niſi importunitate atque precibus ſuis apud Reges concordiam impedire ceſſarent. vid. Pfanner. l. c. §. 22. atque Pufend. de rebus Suec. L. 19. §. 109. Et tamen ceſſiſſent denique Cæſarei Proteſtantium ſollicitationibus niſi moleſtiam hanc, uiaiunt, Trautmansdorfius promiſſis DC. CIↃ thal. redemiſſet a Suecis. *Pfann.* L. 5. §. 29.

§. 46.

Quid ſi vero ſubditi anno 1624. religionis exercitio haud fuerint gaviſi, nec tamen unquam a Principe juſſi fuerint emigrare, ſive jam ante J. P. religionem a principe diverſam profeſſi fuerint, vel poſtea amplectantur, num adhuc Principi erit integrum, non obſtante diuturna eaque quieta eorum tolerantia, ut eos emigrare jubeat? Quid ſi mutuis pactis inter Principem atque ſubditos ſive ejusdem, ſive diverſæ religionis, libero religionis exercitio fuerit proſpectum; num & Principum ſucceſſores, maxime ſi diverſæ ab Anteceſſoribus fuerint religionis, obligabuntur ad pacta hæc ſervanda, adque præ-

An tolerari debeant diu tolerati, licet exercitium religionis A. 1624. non habuerint?

 ſentem

ſentem religionis ſtarum conſervandum, licet ex Pace Weſtph. normam ſuam non acceperit? Primum caſum quod attinet, licet de eo expreſſe nihil fuerit conſtitutum in P. W. ſiquidem tamen ex natura Imperii, legibusque naturæ res veniat dimetienda, non video, quomodo Princeps ſaluo ſuo officio, ſaluaque fide ſubditis debita, eos expellere poſſit ſuis terris, quos in ſubditos ſemel recepit, a quibus homagium ſubiectionis ſibi præſtari paſſus fuit; Dum enim tam diu eos patienenter toleravit, conſenſit omnino eos eſſe ſuos ſubditos, & dum illi permanent, obſequium præſtant, bonorumque civium officia obeunt, quid quæſo aliter dici poteſt, quam mutua fide Principem protectionem atque ſecuritatem ſubditis hiſce præſtandam; (zz) ſubditos vero Principi

(zz) Patet hinc, quo fundamento Sileſii contra Cleri Romani attentata tueri ſe potuerint, cum ex mera gratia Cæſarum exercitium religionis ipſis indultum fuiſſe, objiceretur, cum reſponderint: Daß ſie præſcriptionem immemorialem exercitii ſui allegiren/ und ſich damit wider die ſtrickte Auslegung/ als wäre es bloſſe Gnade/ welche allezeit auffgehoben werden kan/ ſchützen könne. Dann als ihnen der Majeſtäts-Brieff ertheilet worden/ wären ſie bey nahe ſchon 100. Jahr/ und bey Auffrichtung des Weſtphäliſchen Friedens 140. Jahr im freyem Gebrauch ihres Religions-Exercitii geweſen/ darinn keiner ihrer Höchſten Obrigkeit ſie turbiret hätte. Dazu wären ſie auch nicht gelanget heimlich/ oder durch Kriegs-Unruhen/ daß darwider könne angeführet werden/ ſondern mit Wiſſen und gutwilliger Zulaſſung der Käyſer/ welche Sie darinnen geſchützet und gefodert hätten. vid. Schleſiſche Religions-Acta.

cipi obſequium mancipaſſe; a quo pacto ſive jam expreſſo ſive tacito ſi Princeps recedit, jure ſuo uti dici haut quaquam poteſt, cum fidem datam violet, cum protectionem ſubditis debitam, in perſecutionem mutet, quomodo enim is jure ſuo agere dici poſſit, qui pacta, qui fidem violat, ego ſane non concipio. Nec eſt, quod aias, ideo jure ſubditum expelli poſſe, quia juſſu Principis religionem mutare detrectat, per conſequens obſequium Principi debitum denegat: ſupra enim demonſtratum eſt, ratione religionis Principi obſequium non deberi; & licet ſuo merito ſubditus interdum republica expelli poſſit, ille tamen deliquiſſe non cenſetur, qui religionem profiteri detrectat, quam DEO credit eſſe abominabilem, ad quam evitandam DEI præcepto ſe credit obſtrictum, ſi talem ſenſum de DEo rebusque divinis fovet, talemque cultum DEo exhibet, quo ſoli DEo placere, divinæque gratiæ ſe participem fieri poſſe credit. Idem multo magis dicendum erit, ubi pactis ſolennibus ita libero ſubditorum religionis exercitio fuerit conſultum, vel ubi Princeps ſive proprio motu, ſive ad preces ſubditorum edictis & literis de religione caverit. Cum enim Principes dominari conſcientiis nequeant, resque conſcientiæ a nullo niſi DEo dependeant, facile apparet Principem adeo contra ſuum officium non facere, ut potius officio ſuo conformiter agat, dum ſubditorum conſcientias non turbat; dumque eos ſua religione ſive animi convictione frui permittit; cum jam inſuper promiſſis ſive pactis conſcientiarum libertati cavet, dici nequit, quod aliquid promittat divinis legibus contrarium; pro-

miſſa autem atque pacta non inhoneſta ſervanda eſſe a quocunque, ſiquidem in ipſius poteſtate id fuerit, ſiquis negaverit, ille ſane ſubruat neceſſe eſt omne ſocietatis, mutuorumque inter homines officiorum vinculum atque fundamentum. Neque enim ejus generis ordinationes atque conſtitutiones naturam precarii habent, vel etiam privilegii gratioſi, quod Princeps pro lubitu revocare iterum poſſit. Nam privilegia atque precaria proprie nemini debentur, â Principisque dependent arbitrio; in alterum per beneficium collata aliquo modo quidem ob fidem datam Principis arbitrio ſunt exemta, ita tamen ut beneficiarius illa independenter ab Imperio civili nec poſſideat, nec exercere poſſit; hinc ſi manifeſte reipublicæ ſaluti contrarientur, eique exitioſa futura ſint, jure interdum a Principe revocari poſſunt; ſed quis idem dixerit de religione, Illamque a Principis dependere arbitrio; eamque nec poſſideri nec exerceri poſſe, niſi dependenter ab Imperio civili? Nemo ſane ex populo hanc poteſtatem unquam in Imperantem nec contulit, nec conferre potuit, ut omnium voluntas omniumque conſcientia Imperantis voluntati atque conſcientiæ in religione debeat attendere, eamque tanquam normam ſequi. Quod autem populus in Imperantem conferre nequit, illud nec ſub majeſtate comprehendi decantati juris eſt.

§. 47.

De obligatione ſucceſſorum ratione pacto.

Jam ſi ad ſpecialia deſcendere liceat; ponamus principem Catholicum cum ſuis ſubditis pariter Catholicis convenire de religione Catholica

ca conſetvanda, prohibitis aliornm ſacris. Quid ſi vero jam Principem Evangelicum habuerit ſucceſſorem, num ille jure reformandi uti poterit in ſuis terris, ut ſuam introducat religionem? vereor ſane ut unquam hoc admiſſuri ſint Catholici, multo minus, ſi ipſe ſucceſſor jam antea eandem fidem ſubditis adſtrinxerit. Jam ſi ſcena mutetur, ſi ex Evangelicis Princeps cum ſuis ſubditis tale pactum ineat, ſucceſſorem ex Catholicis habiturus, num æqualitas mutua inter utriusque religionis partes P. W. ſancita, atque naturali æquitate nixa poſſit, ut nec Catholicis ſucceſſor quicquam in religione mutet? Nota eſt conventio Halenſis anno 1685. ſuperiori ſeculo inter Electorem Palatinum Carolum, & Ducem Neoburgicum inita de conſervanda in Palatinatu inferiore religione Evangelica, in caſu futuræ ſucceſſionis Neoburgicæ poſt fata Caroli improlis; quemadmodum illa exhibetur apud Lunigium im Reichs Archiv. Part. Spec. pag. 740. nec non. in der Religions-Negotiation bey Seiner Churfürſtl. Durchl. zu Pfaltz ed. 1701. quæ inſerta etiam eſt Thuelii Actis publ. T. I. quousque vero ſereniſſimis poſtea ſucceſſoribus perſuaſum fuerit, ſe ad eam obſervandam teneri, querelæ adhuc paſſim obviæ ſatis loquuntur. Licet lites aliquo modo fuerint ſopitæ A. 1705. nova conventione inter Potentiſſimum Pruſſiæ Regem atque Sereniſſimum Electorem Palatinum inita, de libertate religionis Reformatis concedenda, quam exhibet Lünig. Reichs-Archiv. Part. Spec. p. 754. Tamen nec hic fuiſſe ſatisfactum, (1.) Pro-

rum hac de re initorum.

(1.) Imo teſtatur abunde ipſos noluiſſe teneri allocutio

Proteſtantium concluſum teſtatur, quo decreverunt A. 1720. Cum Elector Palatinus variis modis Receſſum de A. 1705. violaverit, eum pro nullo in poſterum habendum, & tenaciter Paci Weſtphalicæ ac ſupradicto Receſſui Halenſi inhærendum eſſe. Quantis motibus in Sileſiacis terris violata pacta atque conventiones locum fecerint, recenti adhuc obverſatur memoriæ, Pactis novis Alt-Ranſtadienſibus reſtaurata A. 1708. Plurimis enim pactis atque promiſſis Cæſarum cum Sileſiacorum libertas religionis firmaretur, non ſolum Ferdinandi I. optimique Jmperatoris Maximiliani II. gratioſis conceſſionibus, ſed vel maxime Diplomate ſolenni, quod literas Majeſtaticas vocant, oneroſo licet titulo 50000. ducatorum parto, & poſtea ab ipſo Ferdinando II. de novo Electore Saxonico pro iis intercedente, confirmato poſt motus Bohemicos, pecuniæ ſumma 300000. floreno-

Præſidis regiminis Palatini Dni Baronis de Hillesheim, cum templum Spiritui S. dicatum Catholicis tradi poſtularet a Reformatis nomine Ser. Electoris, ubi, inquit, Wolte man Reformirter Seits hingegen die Declaration anführen / ſo ſeye bekannt / daß bey der Kirchen-Theilung die Catholiſchen wären vervortheilet worden / und hätten Seiner Churfürſtlichen Durchl. Hochſeel. Angedenckens / welche die Religions-Declaration erreichet / zum Nachtheil ſeiner Herren *Succeſſorum* dieſe Kirche nicht weggeben können / würden auch / wann ſie ihre Reſidenz zu Heydelberg gehalten / und den Augenſchein davon genommen hätten / dieſe Sache ſelbſten redreſſiret und die Kirche wieder eingenommen haben. vid. Fabri Staats-Cantzley T. XXXIV. c. 6.

Digitized by Google

florenorum ſoluta Anno 1621. quis crederet à Clero Romano fuiſſe tamen inventa effugia, quo vim horum pactorum eludere, imo ipſius Pacis Weſtph. ſanctionem torquere potuiſſent, quod vult Sileſios manuteneri in *libero jurium ante motus Bohemicos obtentorum, nec non* A. C. *exercitio ex gratia Cæſarea Regiaque conceſſo.* art. v. §. 38. Tot adhuc exempla extant, quibus pactis haud ſatiſfactum fuiſſe conſtat, ut longus contexendus foret Catalogus, ſi omnia enarrare vellemus; quid enim contigerit in cauſa Hildeſienſi, ſcripta publica ſatis teſtantur. Cum A. 1651. Cæſarea commiſſio Electori Moguntino Ducique Brunsuicenſi delata, eo rem redegerit, ut publicæ conventiones de libero Evangelicorum religionis exercitio in futurum inter Epiſcopum Maximilianum Henricum, capitulum atque ſtatus Provinciales Hildeſienſes inirentur, atque receſſus Conſiſtorialis conderetur, quo pleniſſime ſtatui Evangelicorum Eccleſiaſtico fuit proſpectum. Hoc tamen non obſtante jam Anno 1668. auſum fuit capitulum Hildeſienſe hunc in modum cum ſeptem Eccleſiis ſe unire; *Unanimiter allaborabimus, ut conſiſtorium, quod vocat, Lutherano-Evangelicum in omnibus ad obſervantiam A. 1624. reſtringatur*; imo capitulationi Jodoci Edmundi inſerere h. §. *Catholicam uti unicam & ſalvificam religionem pro poſſe & munere noſtro Epiſcopali, non tantum in minore diœceſeos Lutheraniſmo, ſed & majori eodem totaliter infecta parte propagabimus, & in eo toti erimus, ut ad minus in iſtum Simultaneum religionis exercitium introducatur.* Vid. facti ſpecies in cau-

ſa

ſa Hild. A. 1696. ed. p. 53. (2) An ultimæ tranſactioni cum Sereniſſimo Electore Hannoverano ex una parte, & ex altera cum capitulo Hildeſienſi A. 1711. ſede vacante initæ hodieque ſatisfactum ſit, non diſquiro (*) Taceo plures conventiones hinc inde in cauſa religionis factas; quæ tot querelis locum dedere, quibus removendis S. Cæſarea Majeſtas Imperiumque ſedulam impendunt operam, utinam cum pleniſſimo, omnibusque grato effectu.

§. 48.

Num ſubditis competat jus prohibendi, ubi Domini Pacem vel pacta violant?

Num vero hiſce in caſibus, ubi Principes & Paci Weſtphalicæ & pactis conventis contraveniunt, ſubditis jus competat prohibendi, Pacisque Weſtphalicæ Protectores invocandi, pariter magnis

(2) Imo Capitulum Hildeſienſe non dubitavit profiteri in literis ad Sereniſſ. Electorem Hannov. nec non Anton. Ulricum Ducem Guelpher. die 6. Febr. 1712. datis: Es fehle in puncto der Hildesheimiſchen Gravaminum daran / daß man nicht in principiis einig / in ſpecie ob der alſo genannten Conſiſtorial Receſs verbündlich oder unverbündlich ſey. Et tamen autoritate Cæſarea erat confirmatus vid. Staats-Cantzley T. XVII. p. 158.

(*) Expreſſe enim §. XXIV. in dicto receſſu promittit capitulum: Nicht allein ſelbſt über dieſen Receſs zu halten / ſondern auch den künfftigen Landes-Herrn zu Obſervirung deſſen in der auffzurichtenden Capitulation mit allem Ernſt und Kräfften zu verbinden. vid. Receſſus apud Fabrum in der Staats-Cantzley T. XVII Novas tamen nihilominus querelas poſt exortas fuiſſe docet concluſum in Conferentia Evangelicorum A. 1720. vid. Staats-Cantzley T. XXXVIII. p. 106.

Digitized by Google

magnis animorum motibus de eo certatum fuiſſe conſtat, adeo, ut Epiſcopus atque capitulum Hildeſienſe ſuperiori ſeculo ideo contra Status Provinciales atque Vaſallos in Camera Imperiali ex capite Feloniæ egerint; Imo ut & Procurator Statuum modo dictorum ibidem viciſſim petere ſuſtinuerit, ut dominum directum capituli Hildeſienſis caducum declararetur, ſede tunc vacante, quemadmodum libelli deſuper editi extant in Anti Vind, Hildes. ab initio & p. 294. Quam ægre hoc aliis in terris Domini territoriales tulerint, neminem latere poteſt, qui rerum gnarus eſt. Cum Statibus Provincialibus, cum Conſiſtoriis ſub Principibus diverſæ religionis exiſtentibus lege publica vel con ventionibus cum Principe, vel aliis Statibus initis ſæpius gravia jura, maxime in ſacris, & tantum non independentia quæſita ſint, licebit etiam ea tueri contra quoſvis turbantes; fruſtra enim conceſſa forent, niſi etiam defendere hæc jura liceret; tantum tamen abeſt, ut vim opponi poſſe aſſeramus, ſit non niſi preces obtineant, opponendæ pro juribus defendendis Principi, & ſi quidem non alia ſuppetant remedia exponendæ Pacis Weſtphalicæ Conſortibus, qui *omnes tenentur, univerſas ac ſingulas hujus Pacis leges contra quemcunque ſine religionis diſtinctione, tueri & protegere*, § 5. art. XVII. Neque ſane obſtat, quod Status prohibeantur, ne alienos Subditos in ſuam protecti nem recipiant §. 30. art V. P. W. Nam adde dum hic erit omnino (niſi ſubditi ſint privilegiati, maxime ex annis decretoriis 2) niſi controverſia ſit inter dominum & ſubditos, qui ſibi de vi metuunt; hiſce enim in caſibus & Impera-

rato-

ratoriæ Maieſtati conſuetum ſubditis defenſores jurium & libertatis per protectoria & conſervatoria ſpecialia impertiri; 3) niſi ex ipſa lege Imperii in vim commiſſionis perpetuæ & irrevocabilis aliis Statibus hæc protectio ſit commiſſa, quæ omnia urgent Status Evangelici in memoria ad S. Cæſ. Maj. de. 2. Aprilis A. 1720. Staats Cantzley T. 37. p. 25. Quid, cum J. P. eousque procedat, ut, ſiquidem cauſa amicabili compoſitione, vel juris diſceptatione terminari nequeat, teneantur omnes & ſinguli hujus tractationis conſortes; junctis cum parte læſa conſiliis viribusque, arma ſumere ad repellendam injuriam §. 6. ib. quis quæſo rebellionem diceret eam, ſi Status Provinciales, ſi ſubditi autoritatem ſuam defendant ſupplicando, preces atque auxiliatices aliorum Statuum manus efflagitando, ad obſequium Principi debitum alias promti paratique. (3) Nec enim Patronis, nec Advo-

(3) Hinc cum Reformati A. 1719. in Palatinatu templum Spiritui S. dicatum, *Electoris* licet mandato admoniti, tradere Catholicis renuerent; ſequentes denegati obſequii expoſuere cauſas: 1.) Weilen ſie (die Kirchen-Räthe) nicht geſetzt ſind / Kirchen zu veralieniren oder zu permutiren / ſondern nur zu conſerviren. 2.) Weilen mit ſolcher Begebung ſie ſich ſo wohl bey der Heydelbergiſchen / als allen Chur-Pfältziſchen Kirchen nicht allein inutil machen / ſondern auch überreden. Bey denen gegenwärtigen Gemeinden und künfftigen Poſterität nichts als Haß und Fluch auff ſich laden würden 3.) Weilen dieſe Kirche denen Reformirten nicht allein / vermöge des Weſtphäliſchen Frieden-Schluſſes zukommt / ſoudern auch vermöge eines ſpecialen receſſus mit Ihro Königl. Majeſtät in Preuſſen / bey Auffhe-

Aduocatis Eccleſiarum prohibitum eſt, quo minus jura ſua, ſiquidem in iis graventur, tueantur; æquum ergo erit, ut idem juris competat Statibus Provincialibus, ut invigilent, ne quid adverſus ſtatum anni 1624. ne quid adverſus jura ſua legitime quæſita innovetur. Adeo, ut inde manifeſte appareat, Statibus Imperii, invitis ſubditis, integrum non eſſe, quicquam moliri atque innovare annis 1618. & 1624. contrarium, ut hac in parte Jus eorum reformandi omnino quieſcat.

§. 49.

An vero cum conſenſu ſubditorum id fieri poſſit, altioris videtur eſſe indaginis. In quantum Jus reformandi Principum ſeſe exerere poſſit ratione ipſius religionis, abſque ordinum atque Statuum Provincialium conſenſu ſæpius jam inde a Pacis religioſæ tempore diſputatum eſt; Dum Pax Weſtphalica conficiebatur, non ſolum Legatis Vinarienſibus atque Altenburgicis, ſed & Suecico Legato Saluio conſtat hæc Principia placuiſſe, ut ordines in partem juris reformandi veniant. vid. Bu- *An contra ſtatum 1624 quicquam à domino territorii immutari poſſit cum ſubditorum conſenſu?*

bung des Simultanei aufgerichtet / ihnen angewieſen worden / alſo daß ſie ohne communication mit Höchſt-gedacht Ihro Königl. Majeſtät in dieſer Sach nichts zu thun vermögen. Zumahlen weilen 4) ſonſten der durch die Reichs-Conſtitutiones und ſpecial-pacta ſtabilirte Reformirte Gottesdienſt zu Heydelberg in einen ſtatum arbitrarium verfallen/und zweifelhafft gemacht / und dann 5.) mit der Zeit auf die zu dieſer Kirche gehörige Gefälle vielleicht auf eine Anſprach formiret werden dörffte / ꝛc. vid das Kayſerl. Commiſſions Decret die Religions-Gravamina betreffend. Beylag. Lit. A. N. I. & Fabri Staats-Cantzley T. XXXIV.

Digitized by Google

Buckiſch ad art. VII. J. P. obs. 10. quæ etiam Evangelicis ita approbata fuere, ut in declaratione ſuper gravaminibus die 11. Febr. 1646. traditis eodem modo mentem ſuam explicarent, vid. Puſen. de rebus Suec. L. 18. §. 60. Nec aliter in reformationis negotio actum a Statibus Imperii fuiſſe ſuperioribus ſeculis, hiſtoria loquitur. (4.) Hodie vero cum ſtatus 1624. regulam conſtituat juri Principum reformandi, conſtitutam ab Imperatore atque Imperio, ab hac regula diſcedi haud poſſe absque Cæſaris atque Imperii autoritate, conſentientibus licet ſubditis atque ordinibus Provinciarum videtur. Cum inſuper interſit reliquorum religionis conſortium, ne quicquam contra ſtatum anni 1624. innovetur, utpote ad quem tuendum atque conſervandum omnes teneantur P. W. conſortes. vi art. XVII. §. 5. Imo cum

(4) Ita Elector Brandenburgicus Fridericus Wilh. in edicto de 13. Nov. A. 1685. Status Provinciales ad negotium religionis adhiberi voluit. Puſend. Ita Imperator Maximilianns II. reformationem Statibus Provincialibus inferioris Auſtriæ ipſe conceſſit, qui ideo Chytreum Roſtochio arceſſerant. vid. auth. quæſt. apud Fritſchium. Ita Archi-Epiſcopus Magdeburgicus Sigismundus convocaverat A. 1565. Status Provinciales, conſiliaque eorum exquiſivit, qua ratione reformatio eſſet ineunda, quem eodem modo ſecutus eſt ſucceſſor ejus Joachimus A. 1570. V. autor obſervat. hiſtor. polit. leg. p. 518. conſtat etiam ex Seckendorfii Hiſt. Luth. L. 3 Sect 3. & 27. in addit. Franciſcum Epiſcopum Monaſterienſem atque Hermannum Electorem Colonienſem, adhibitis Statibus Provincialibus reformationem ſuſcepiſſe. Teſtatur etiam B. Coccejus ſe ex Actis didiciſſe, & in ſupremo ſenatu regiminis Palatini retuliſſe, ſumma moderatione ſubditis inſtantiſſime petentibus & urgentibus reformationem olim factam fuiſſe in Palatinatu. vid. Juriſpr. publ. c. XVIII. §. 26.

Digitized by Google

tum nec deſint exempla, ubi Cæſaris atque Imperii conſenſus in ejusmodi innovationibus fuit adhibitus. Cum enim anno ſuperioris ſeculi 1651. Erneſtus Landgravius Haſſio-Rhenofeldenſis Pontificia ſacra amplecteretur, ſimultaneumque religionis ſuæ exercitium Sualbaci atque Naſtedii introduceret, ſolennibus tamen cum Domo Haſſo-Caſſelana tranſactionibus poteſtate facta, mediantibus Auguſtiſſimo Cæſare atque Imperio hæ ipſæ tranſactiones fuere confirmatæ. A. 1654. Verum enim vero, cum ſtatus anni 1624. tam diu ſaltim juri reformandi regulam conſtituere debeat, donec de religione Chriſtiana vel univerſaliter, *vel inter Status immediatos, eorumque ſubditos mutuo conſenſu aliter erit conventum* art. V. §. 31. Imo cum ipſum jus reformandi, quod territorio annexum eſt, in eo ſolummodo ſalvum atque Statibus relictum ſit, ubi ſubditi expreſſe conſenſerint, uti id probavimus ſupra §. II. Inde patet Statibus Imperii poteſtatem adhuc eſſe, jus reformandi exercendi contra ſtatum anni 1624. ſiquidem id cum ſubditorum conſenſu fiat, ut non opus ſit nova Imperatoris atque Imperii conceſſione atque confirmatione, cum id jam in ipſo J. P. conceſſum habeatur, nullisque legibus publicis tales conventiones repugnent; modo agatur de re, legibus non improbata; ſiquidem enim talis conventio fieret de alia religione introducenda, quam quidem ſunt tres in Imperio toleratæ, minus ſane ejusmodi religioni cautum foret, cum Imperio haud approbetur, nullisque legibus illa permittatur. Et quamvis interſit reliquorum Statuum atque conſortium P. W. ut ſtatus anni decretorii ſancte

R obſer-

obſervetur, illeque quovis modo haud illegitimo ab iis protegi poſſit, ſi quid contra eum innovetur, hoc tamen aliter intelligi haud debet, niſi de eo caſu, ubi aliquid innovatur contra legum publicarum atque Pacis Weſtph. tenorem, quod haud fieri cenſetur, ſiquidem cum ſubditorum conſenſu áliquid innovetur. Nec exempla quidquam hic probant contrarii; quod enim Haſſiæ Landgravii ejusmodi tranſactiones ab Imperatore atque Imperio confirmari petierint, alias adhuc rationes tribuit, cum præter religionis negotia alia adhuc regimen atque ſucceſſionem ſpectantia receſſui illi fuerint inſerta; cumque id factum fuerit, ne ſucceſſores minus ſe illis obſtringi putarent, quamvis ejusmodi pactis legitime initis revera ſucceſſores teneantur (5) non obſtante §. 33. art V. ubi omnia ejusmodi pacti ſtatui anni regulativi contraria annihilantur, cum de futuris pactis dictus § intelligi nequeat, ſed ſaltim de pactis Pacem Weſtphalicam antecedentibus; ſiquidem enim etiam adfutura pacta §. phi ſenſus ex-

(5.) Fallitur omnino in hoc. Ferd, de Buckiſch qui putat ſucceſſores ſubditorum non obligari renunciatione. ab anteceſſoribus eorum facta, eorum beneficiorum, quæ ipſis in favorem religionis & ſanctione publica, non ex ſucceſſione defunctorum competunt arg. eorum quæ feudiſtæ in ſucceſſione feudali de obligatione ſucceſſorum feudi ad 2. feud. 45. tradunt. Obſerv. LXXIX. ad J. P. p. 226. ſed fruſtra conſumit operam; ſi enim lex publica adeo inviolabiliter hæc omnia conſervari vellet, ut ne quidem conſenſu ſubditorum quicquam immutari poſſet, tunc ſane ſucceſſores non tenerentur factis anteceſſorum contra leges publicas ſuſceptis; Sed oſtendimus hucusque conſenſu ſubditorum ea immutari poſſe, quæ lege publica hic ſunt determinata.

extendendus foret, cui quæſo bono, in antecedenti §. 31. conceſſum foret recedere ab anno 1624. mutuo Statuum immediatorum atque ſubditorum ſuorum conſenſu. Cave tamen hæcce intelligas, quaſi Princeps Statuum Provincialium atque plurimorum ex ſubditis conſenſu, reliquis licet non conſentientibus, religionem ſuam vel aliam, quam credunt veram, obtrudere poſſet; ſupra enim probavimus, hanc poteſtatem Principi conpetere non poſſe, ut ne quidem uni ſubdito aliquam religionem obtrudere poſſit; quod enim plura vota alias concludere in Republica dicantur, id ſaltim intelligendum erit de rebus Imperio civili ſubiectis, quo religio hoc ſenſu non pertinet, quantum ad ejus veritatem, ejusque confeſſionem atque cultum, ſi non publicum, tamen privatum, quatenus devotionem domeſticam denotat. 2. cavendum etiam eſt, ne ſubditorum conſenſus adhibitus eſſe putetur, ubi technis, minis, fraudibus, imo aperta dominorum territorialium vi, eorumve Miniſtrorum, aut aliorum religioni ipſorum adverſantium ſubditi ad tales conventiones aut tranſactiones adacti ſunt, ut contra obſervantiam annorum regulativorum aliquid innovari permittant. ſalvas enim ipſis eſſe exceptiones, doli metus, vis, ipſe Ferd. de Buckiſch, acerrimus Principiorum Catholicorum defenſor, multis defendit. Obſerv. LXXXIX. ad §. 31. J. P. p. m. 225.

§. 50.

Eſt tamen adhuc modus quo aliquid contra ſtatum anni regulativi innovare Statibus Imperii indultum videmus, in terris ſcilicet pignoris nexu ſolutis

Quid liceat Domino in terris pignoris nexu ſolutis?

ſolutis, ubi *Domino quidem directo liberum eſſe debet, in hujusmodi terras oppignoratas ad ſe reverſas ſuæ religionis exercitium publice introducere, incolæ tamen aut ſubditi migrare, aut ſuam, quam ſub priore poſſeſſore hujusmodi terrarum oppignoratarum amplexi fuerant, religionem deſerere non cogantur, de publico vero ſuæ religionis exercitio inter ipſos & reluentem dominum directum tranſigatur.* art. V. §. 27. Unde ſequentia legitime fluere arbitror. Exceptionem hic à regula haberi, per conſequens aliquod ſingulare, quod de aliis terris pronunciari non poteſt, nec Imperii Statibus, niſi in hoc ſpeciali caſu permiſſum eſt; In quo vero hoc ſingulare conſiſtat, de eo dubitare nonnullos deprehendo; de quo ut ſolide judicari poſſit, utque mens Summorum Paciſcentium tanto facilius perſpiciatur, ſcire intereſt, quid inter tractatus P. W. actum fuerit. Nimirum Catholici contendebant, in bonis ante memoriam hominis oppignoratis Domino territorii, poſtquam pignus ſuum reluit, liberum eſſe debere religionis diſponendæ arbitrium, ex ea maxime ratione, quia creditor dominum terrarum oppignoratarum non habuerit (6.) nec in dominio

(6.) Fatendum eſt hæece principia ex jure Romano eſſe deſumta, cum aliter tamen obtineat jure Germanico, quo dominium quoddam utile tranſit in creditorem, uti erudite, uti ſolet, demonſtravit celeberr. Gundlingius diſſ. de jure oppignorati Territorii; parum enim differunt ejusmodi oppignorationes a venditionibus ſub pacto de retrovendendo, uti oſtendit Ill. Thomaſius diſſ. de uſu pract. accuratæ diſtinct. inter emtionem cum pacto de retrovend. & contractu pignorat. Sed contraria tunc principia obtinuiſſe Tollmari diſcurſus in tractatibus Pacis teſtatur apud Cortreium in obſ. ad P.

nio ſuperioritatem territorialem, per conſequens nec jus reformandi, utpote territorio annexum. Si quod ergo jus reformandi fuerit exercitum a creditore, jure id haud factum fuiſſe, cum uſu-fructuario poteſtas talis res immutandi non conveniat, merito ergo illæſum atque integrum ſervari debitori tanquam domino jus ſuum reformandi, utpote territoriali ſuperioritati adhærens. Proteſtantes vero negabant cauſam eſſe, cur in his abeatur ab univerſali regula habitæ poſſeſſionis A. 1624 quemadmodum mentem ſuam expreſſere in declaratione A. 1646. die 24. Auguſti Mediatoribus exhibita. (7.) Utraque pars poſtea paululum remiſſior facta, in hunc demum conſenſit articulum, formula Pacis, a Trautmansdorfio menſe Junio A. 1647. Monaſterii excuſa, expreſſum art. IX. - - - *Domino quidem directo liberum eſſe debet in hujusmodi terras oppignoratas ad ſe reverſas ſuæ religionis exercitium publice introducere.*

Rel. & Beſoldus, qui in theſ. pract voce Pfand-Schil„ling ait: notandum, quod ſtatus Imperii, oppidum „ per contractum antichreſeos tenens, als ein Pfands„ Innhaber / religionis mutationem inſtituere ne„ queat. Nam ſubditi conformare ſe debent religio„ ni eius Imperii ſtatui, qui immediate dominium ju„ risdictionis in eos habent; ſed qui oppidum per mo„ dum hypothecæ tantum poſſidet, nullum dominium jurisdictionis obtinet = = = = ergo non ipſe religionem ſubditis imperare poteſt, &c.

(7.) Ubi aiunt und werden unter dieſer Regul auch Pfandſchafften verſtanden / ſo vielen deren die Evangeliſchen und ihre Vorfahrer über Menſchen Gedencken in Beſitz gehabt / und anno 1624. prima Jan. beſeſſen.

cere, incolæ tamen & ſubditi ſuam, quam ſub priori poſſeſſore hujusmodi terrarum oppignoratarum amplexi fuerant, religionem deſerere non cogantur, ſed alius liberum exercitium ipſis permittatur in templis antehac obtentis. Sed ex Pufend. L. 19. de R. Suec. aliisque innoteſcit, cæteros Status Catholicos non in omnibus approbaſſe hanc Cæſareorum formulam, hinc recruduit materia oppignorationum, ut demum ultima verba modo adducta paululum fuerint immutata, ſubditis de publico religionis exercitio cum Domino directo tranſigere juſſis. Atque ita liquet, vanum eſſe, ſi quis cum Deckero etiam illorum religionis exercitio hic proſpici arbitratus fuerit, qui quocunque tempore ante P. W. in poſſeſſione fuerant; licet anno decretorio ea gaviſi haud ſint; non enim de extendenda regula univerſali agebatur, ſed de ea reſtringenda; quis enim crederet voluiſſe ſummos Paciſcentes eos tolerare debere ſubditos in locis pignoris nexu ſolutis, qui anno 1624. nec privatum, nec publicum religionis exercitium habuerunt, cum reliquis non niſi emigrandi beneficium, vel privata atque domeſtica devotio ſit relicta; qui nulla anni parte 1624. vel publicum vel privatum religionis exercitium habuere. Duo vero ſingularia (8.) ex hiſce circumſtantiis hactenus

(8.) Infra argumentum evidentiſſimum ex hoc loco eliciemus, quod ex mente Summorum Paciſcentium cujusvis Statui Imperii Simultaneum, ut appellant, introducendi facultas haud competat. Siquidem enim ſingulare id eſt domino reluenti pignus, ut facultatem habeat religionis ſuæ exercitium in ejusmodi loco inintroducendi, Ergo reliquis ſane Statibus id per-

Digitized by Google

nus expoſitis, hæc nobis occurrunt, 1) quod vero domino reluenti competat facultas libera ſuæ religionis exercitium introducendæ. 2) Quod ii ſubditi, qui publicum religionis exercitium anno 1624. habuerunt, de publico religionis ſuæ exercitio nihilominus tranſigere cum domino reluente debeant; in cæteris vero, eodem jure cum illis fruantur, qui liberum religionis ſuæ habuere exercitium A. 1624. Ad deſerendam enim religionem cogi nequeunt, nec ut emigrent, ſed tolerari omnino debent, ipſisque, ſi non publicum, ad minimum privatum religionis exercitium relinquendum; quibus vero in locis, quibusve in templis religio exercenda ipſis relinqui debeat, & quid de bonis atque reditibus Eccleſiaſticis, Scholis aliisque religioni annexis hic ſtatuendum ſit, fateor minus tuto determinari poſſe, cum interpretationem authenticam hæc omnia expectent. Id tamen legitime adhuc infertur cum religionem deſerere cogi nequeant, nec expelli poſſint, ea etiam ſalua ipſis erunt relinquenda, ſine quibus nulla religio conſiſtere poſſet; non enim plane excipiuntur a

miſſum non erit. Singulare id autem eſſe, ex Inſtrumento Trautmanſdorfiano vel maxime apparet, ubi nulla plane a regula univerſali anni 1624. habetur exceptio, præter hanc, quod dominus poſſit religionem ſuam introducere; ſi vero omnes Status hanc facultatem haberent vi Juris reformandi, quid quæſo opus fuiſſet, peculiarem hac de re conſtituere articulum quod ſi obſervetur, apparebit, quam male ex hoc loco Auctor Vindic. *Jur.* Reform. C. III. concludat, contra rationem Jusque Gentium fore, ſiquidem idem reliquis dominis territorii denegetur, cum quod uni juſtum, etiam alteri juſtum ſit.

Digitized by Google

regula univerſali anni decretorii, qua omnino frui debent, integre, niſi quod de publico religionis exercitio tranſigere cum Principe debeant, & quod Princeps exercitium ſuæ religionis introducere poſſit, quamvis illa non obtinuerit anno 1624. inquirendum ergo tantum modo eſſet, quid ad publicum religionis exercitium pertineret, ut intelligi poſſit, de quonam ipſis tranſigendum foret. Melioris enim conditionis ejusmodi ſubditi eſſe debent præ aliis, qui neque publicum, neque privatum religionis exercitium 1624. habuere. Quousque hæcce obſervata fuerint in terris atque locis pignoris nexu ſolutis, qualia exempla ſunt Strada montana ab Electore Moguntino recuperata, urbs Kizingenſis ab Epiſcopo Herbipolitano vindicata, nec non Ober-Kirch quem anno 1664. Epiſcopus Argentinenſis a Seren. Domo Wurtembergica reluit, tibi B. L. judicium relinquo

§. 51.

Num idem liceat in pignoribus hodie cum lege antichretica conſtitutis?

Quod ſi obſervetur, non difficile erit ad alia reſpondere, quæ ſæpius mota fuiſſe novimus: quid ſibi licentiæ creditores in pignoribus recentioribus, quæ lege antichretica cum uſu omnium jurium creditori fuere tradita, uſurpare poſſint? quo jure, quoque colore defendi poſſint, quæ Epiſcopus Herbipolenſis in præfectura Boxbergenſi, ad Palatinatum inferiorem ſpectante, ſibi vero ante annos aliquot ab Electore pignori pro certa pecuniæ ſumma data, ſpecie juris reformandi exercuit, cum Catholicos, in templorum communionem vocaret, quæ Evangelici ante motus Bohemicos

micos & poſt reſtitutionem Palatinatus ibi ſoli ſemper poſſederunt? Cum enim Catholici jus reformandi nullo modo exerceri potuiſſe olim inter tractatus P. W. defendere voluerint ab eo, qui loco pignoris terras poſſidet, utque hinc pertinaciter ſingularia jura ratione terrarum pignoris nexu ſolutarum extorſerint Evangelicis; quo jure jam creditoribus poſt Pacem tale jus reformandi tribuere poſſint, quod nulli Statuum competit, comprehendi nequit. Cum nec â ſola qualitate feudali nec infeudali jus reformandi dependeat vi §. phi 24. art. V. ſive reſpectu domini directi ſive Vaſalli, ut quicquid hac ratione religione in religione innovetur contra annum 1624. tolli atque reſtitui præcipiatur, quis credat, creditori inpignore plus poteſtatis competere, quam Domino directo vel Vaſallo. Agnovit hoc Glor. Elector Palatinus Philippus Weilhelmus in literis ad Epiſcopum Herbipolenſem Iohannem Gottofredum (9.) (quem male Rittmeyerus Johannem Philip-

(9) Verba ita habent: Nun werden Euer Liebden zwar eines theils hoffentlich von uns verſichert ſeyn/ daß wir alles dasjenige/ was zum beſten unſerer/ Catholiſchen Religion gereichen kan/ ſo viel an Uns iſt/ gerne befördern helffen; Andern theils aber leicht begreiffen/ daß wir in dergleichen von der diſpoſition **Des Weſtphäliſchen. Friedens** abzugehen/ ſo wenig vermögen/ als wir in Zweiffel ziehen wollen/ daß Euer Liebden dasjenige/ was Sie in obgedachten Receſſ de anno 1691. mit Uns tractirt, feſtiglich zu halten gemeynet ſeyn. Welchem nach wir Euer Liebden erſuchen/ Sie belieben ſolche nachdrückliche verordnung ergeben zu laſſen/ damit/ was gegen obge-

Philippum appellat) A. 1694. datis, ubi petit ea reſtitui, quæ contra receſſum ab anno 1691. atque J. P. W. innovata fuerint in locis ejusmodi oppignoratis. vid. Struvius. in hiſtoria der Religions-Beſchwerden P. II. c. III. §. XIV. p. m. 220.

§. 52.

Quid in feudis morte vel felonia Vaſalli apertis, inque territoriis ſub pacto retrovenditionis venditis?

Nec etiam majori ſpecie dominus directus ſibi vindicabit jus reformandi quidpiam contra ſtatum annorum regulativorum in feudo morte vel felonia Vaſalli, ſive alia quacunque cauſa ad ipſum reverſo? Cum Catholici ſubinde provocent ad artic. XII. J. P. quo limites coſtituuntur juri reformandi Proteſtantium inter ſe, ſi contigerit, ut unus Principum ad alterius partis ſacra tranſeat; eo fine, ut Principibus Proteſtantibus ad ſacra Romanæ Eccleſiæ tranſeuntibus idem juriscompetere evincant, quod competit Proteſtantibus â ſic dicta Lutherana ad reformatam Eccleſiam abeuntibus, ut iis liceat concionatores Aulicos ſuæ confeſſionis ſecum atque in reſidentia ſua habere, quod expreſſe de Catholicis Principibus conſtitutum non deprehendimus; liceat ex Catholicis quærere, num & alia in hoc art. conſtituta ipſis obſervanda ſint? Quod ſi hoc eſt, nihil quicquam dominus feudi poterit immutare ratione

dachten Receſſ. und diſpoſition des J. P. Weſtphalicæ diſſfalls verübet worden/ förderlich wieder abgeſchafft/ alles in vorigen ſtand geſtellet/ und dawider künfftig hin in keinerley Weiſe etwas weiter vorgenommen/ oder tentiret werden möge. vid. Pfältziſchen Religions-negociation. P. 39.

Digitized by Google

one Religionis ſubditorum in feudo ad ſe reverſo, cum expreſſe ibi caveatur, quod Principi vel alii territorii domino, ſiquidem principatum *aut ditionem, ubi ulterius partis ſacra exercitio publico de præſenti vigent, ſeu jure Succeſſionis, ſeu rigore præſentis tractatus Pacis, aliove quocunque titulo* (per conſequens etiam titulo *feudi aperti*) *nactus fuerit, fas non ſit, vel publicum religionis exercitium, leges aut conſtitutiones Eccleſiaſticas, hactenus ibi receptas, ibi immutare vel templa, ſcholas, hoſpitalia, aut eo pertinentes reditus, penſiones, ſtipendia prioribus adimere, ſuorumque ſacrorum hominibus applicare &c. ullumue aliud impedimentum aut præjudicium directe vel indirecte alterius ſacris efferre.* Quod ſi vero hæ leges commodæ ipſis non videntur, quo jure quæſo commodum inde quærunt, ad religionis ſuæ exercitium Principi Catholico, qui Evangelicus antea fuerat, in aula ſua habendum, ſtabiliendum. Tollit vero omne dubium §. 42. vi cujus a ſola qualitate feudali jus reformandi dependere non debet, ſed feuda atque ſubfeuda, Vaſalli *ſubditi* & bona Eccleſiaſtica in cauſis religionis, & quicquid juris dominus feudi *prætendat, introduxerit* aut *ſibi arrogarit*, ex ſtatu anni 1624. perpetuo cenſeantur. Ergo pleniſſime hic proſpectum eſt ſubditis Vaſalli, qui ſane deterioris conditionis fieri non debent, ſi ad directum dominum feudi recidant, cum alias ſtatum religionis anni 1924. non conſervarent, qui tamen norma debet eſſe, ex qua perpetuo debent æſtimari. Nec eſt, quod quis identitatem rationis cum jure pignoris-

noris hic adeſſe exiſtimet, ut ſicuti redemto pignore res cum omni jure ad dominum redit; ita ſeudo aperto Dominus ſeudi directus plenam ejus proprietatem conſequatur. Nam ut taceam, Vaſallum longe majus jus habere in feudo, qaam quidem creditor habet in pignore, cum creditor in pignore mutare nihil poſſit, nec ſit dominus ex principiis juris Civilis, atque ipſorum Catholicorum; Vaſallus vero non ſaltim immutandi poteſtatem habeat, ſed & dominus ſit, quantum ad utilitatem; illud vel maxime hic attendendum; Vaſallum omnino, ſiquidem regalia habeat, illa etiam exercere eorumque effectus legitimos tolli atque ſubrui non poſſe, ſiquidem ad alium dominum pervenerint, niſi omnia a Vaſallis acta vi regalium competentium â dominis directis,ubi feudum ipſis aperitur, revocari atque annullari poſſe credideris:ſed ſi hi homines ſcirent vel ſcire vellent, in quonam vera indoles atque natura juris reformandi conſiſteret, tam craſſe nunquam philoſopharentur; nec negari poteſt, hunc ipſum defectum obſtitiſſe, quo minus inter ipſos tractatus P. W. libertati religionis ſubditorum, atque mutuæ tolerantiæ pleniſſime fuerit proſpectum; Tantum etiam abeſt, ut domini ſemper reformare olim inceperint, ut ſæpius ipſi ſubditi contra dominorum voluntatem religionem mutaverint. Quis enim diceret Reges Bohemiæ vel Archi-Duces Auſtriæ in ſuis terris poſt evangelii lucem iterum exortam, reformationem incepiſſe, & tamen horum in terris integræ Provinciæ ſacra Lutheri amplexæ fuere. Ponamus has terras tunc oppignoratas fuiſſe, Vaſallos illis imperaſſe, quæ

po-

ſtea ad dominum directum reciderunt morte vel felonia Vaſalli; ſiquidem jam nullo jure factum fuiſſe crederes reformationem in hiſce terris oppignoratis, feudalibus, hoc tibi probandum eſſet, ſubditis licitum non eſſe eam amplecti religionem, quam credunt eſſe veram, uniceque ſalutarem; nec ipſis permiſſum eſſe, ut invito vero Domino territoriali, eas ineant vitæ rationes, talesque foveant opiniones, quas DEO credunt eſſe gratiſſimas, omnibusque præceptas. Ut evidens inde fiat, absque ulla ratione Catholicos diverſum a regula generali anni 1624. olim deſideraſſe ratione pignorum; Sed cum ſemel id placuerit, legem jam eſſe meminimus, quamuis dura ſit lex; Nec auſim determinare; num ſub §. 27. art. V. ille etiam caſus comprehenſus ſit, quando ei libuerit, ab emtore, ſoluto eodem pretio, reluere poſſit? Etiam hos contractus nomine pignorum venire apud Germanos, maxime quantum ad antiquos contractus notum eſt. Sane ſi originem reſpiciamus ſingularium diſpoſitionum in J. P. ratione pignorum; dicendum videtur, quod tales emtæ terræ cum pacto de retrovendendo, huic diſpoſitioni §. 27. non ſubiaceant, ideo, quia Catholici olim ex hoc fundamento egere, quod creditor pignus tanquam rem alienam poſſideat, nec ejus ſit dominus, ipſius ergo non eſſe, rem alienam immutare, & ſi qua immutatio nihilominus facta fuerit, illam vitio non carere, domino ergo reluenti præjudicio eſſe non debere. Sed hic per contractum emtor ſit dominus rei emtæ, & tamdiu manet, donec alter redemerit; habet ergo emtor jus territoriale in terris immediate Imperio ſubje-

ſubjectis, habet & jus reformandi; ut jure faciat, quando jus reformandi ratione ſuorum ſubditorum exercet; neque terras haſce poſſideat, tanquam alienas, ſed tanquam ſuas, ut nullo modo rationes Catholicorum, licet in ſe, ſi ex principiis rationis dijudicentur, vanæ, huc quadrent. Nolim tamen rem indeciſam, privato judicio decidere, nec cuiquam inde præjudicium creare, cum id ſaltim proponere animus fuerit, quid ex circumſtantiis hiſtoriæ, quid ex rationum vi, analogia atque effectu inde legitime ſequi videatur. Sufficit enim hoc omnium ſecuritati jam ſatis proſpectum eſſe, dum nullius jus reformandi, invitis ſubditis, exerceri poteſt in rebus religionem concernentibus, ubi privilegio annorum decretoriorum gaudent.

§. 53.

Quot modis ſtatus Anno 1624. turbari poſſit?

Vidimus hactenus inſignes Juris reformandi effectus, quibus etiam contra anni 1624. ſtatum interdum aliquid ratione religionis innovari poteſt legibus publicis haud repugnantibus, oſtendimus etiam ubi id repugnet; Oſtendendum jam nobis erit, quot modis turbari poſſit ſtatus religionis, qui fuerat anno 1618. nec non 1624. Juris reformandi exercitio, & in quantum illud leges publicæ hiſce in caſibus voluerint eſſe reſtrictum. Quod ſi homines ſectæ ſtudio haud eſſent infecti, perſpectamque haberent penitius animorum atque religionis naturam, nec præjudiciis vel ambitionis ſuæ fœtibus propagandis plus ſtuderent, quam veritatibus detegendis, affectibus hinc inde abrepti, æquitatisque ſtimulis vel minimum agitati, nec tot religionum perſecutionibus, nec tot pacto-

rum

rum, quibus religionum libertati in rebuspublicis proſpicitur, diſtorſionibus atque cavillationibus, totque inde oriundis litibus atque controverſiis eſſemus expoſiti, liceret etiam non raro æquioribus eſſe, quam præſens neceſſitas, atque nos tuendi rationes prægnantiſſimæ, ob mala ab aliis nobis intentata, permittunt. Quantis litibus Imperium Romano-Germanicum a Pace Weſtphalica ad noſtra usque tempora fuerit concuſſum, ob exercitium religionis ſimultaneum, quod vocant, notum eſt. Cujus dum evolvere paramus origines, naturam atque effectus, ante omnia de ſummorum paciſcentium P. W. intentione, nec non hiſtoria pauca prælibanda erunt. Id certo in votis Summi habuere paciſcentes, ut Pace Weſtphalica omnes in poſterum lites, quantum poſſibile fuerat, præſcinderentur, ut Proteſtantium atque Catholicorum religionis libertati proſpiceretur, ſubditisque adverſus juris reformandi abuſus, cautum foret; *(10.)* hinc dubitandum non eſt,

(10.) Hinc olim jam in conventu Deputatorum hæc fuere prolata verba: Wie dann nicht weniger aus dem Friedens-Schluß ſelbſt / als den vorergehenden Tractaten wahrzunehmen / daß der hohen Herren Paciſcenten intention geweſen / den Reſtitutions Puncten dergeſtalt in genere abzufaſſen daß allen und jeden damahligeu und künfftigen Beſchwerden unter Catholiſcheu und Augſpurgiſchen Confeſſion-Reichs- und Landſtänden / ohne exception und andere prætexten auf einmal abgeholffen / und auch alle diſputat und Mißtrauen ſolten ausgerottet werden 2c: und daher nicht zu vermuthen / daß einiger Fall davon ausgenommen / und deſſen deciſion unter ſo weitläuffigen dedicationen / und ſehr diſputirlichen Principiis gelaſſen werden. Londorp. T. VII. Act. publ. L. 7. c. 202. n. 33. p. 1064.

eſt, ita eſſe interpretandum Inſtr. P. W. ut quantum fieri poteſt, ejus deciſionibus, litibus, turbis, perſecutionibus, unius alteriusve religionis oppreſſionibus medela adhibeatur, utque omnibus conſcientiæ atque religionis libertas ſalva ſartaque conſervetur; Cum ubi dubia res etiam fuerit, nihil magis fini Paciſcentium repugnet, quam ſi talis eorum mens fuiſſe præſumatur; unde non poſſunt non novæ continuo lites, turbæ atque perſecutiones exoriri; cum qua conſcientiæ libertas conſiſtere nequit, unde uni alterive religioni pernicies non poteſt non imminere; Imprudentiæ enim tacite arguerentur, ſi media elegiſſent in Pace conſtituenda, fini ſuo tantopere contraria. Jam ſi conſideremus, quantæ lites, turbæ, perſecutiones, imo conſcientiarum gravamina ex ſimultaneo religionis exercitio hinc inde introducto ortæ fuerunt, vix quisquam dixerit, ita finem intentum obtineri poſſe, ſiquidem id menti Summorum Paciſcentium conveniret. Quod ſi enim Catholicis publicum religionis exercitium concedas in locis, ubi prius non niſi Evangelica floruit religio; mox deſiderabunt templa, ſcholas, formabunt Proceſſiones, exponent venerabile, omnibusque, ſi viribus pollent, adorandum illud imponent; Nec hoc ſatis eſt, quo enim cultui divino publico, quo ſcholis ſatis ſit cautum, poſtulabunt monaſteria erigi, imaginesque paſſim plantari, ſanctisque vias ſternere; ſi minus ſancte ipſos ex ipſorum mente habueris, ſacrilegium committes, igne ferroque puniendum, ſiquidem autoritate pollent, & cum dies feſtos cultus ſanctis ſuis debitus ipſis expoſcere videatur, illis ipſis conſe-

Quomodo Simultaneo id fiat?

cran-

crandos; ſanctos, religionem Deumque contemni clamant, ſiquidem nihil ſancti hisce diebus ineſſe velis; hinc gloriæ divinæ promovendæ cupiditate, ſiniſtro plane zelo incenſi, cœlum atque Acheronta movebunt, quo tollant hæc offendicula, gloriamque, quam putant divinam, vindicent, teque tamdiu perſequantur, donec eorum obſequaris ingenio.

§. 54.

Ne ex odio religionis talia me hic proferre exiſtimes, nihil magìs à me alienum eſt, quam odium erga diſſentientes à mea religione; vellem, omnibus eadem mecum mens eſſet; nemini facile malum crearetur ob ſuam religionem, modo boni civis obiret munia. Id enim ſaltim oſtendere animus eſt, quam difficile ſit turbas evitare, ubi in unam ſocietatem atque harmoniam cogere annixus fueris Catholicos cum diſſentientibus â ſua religione; & quantum interſit ſecuritatis atque Pacis Germaniæ ſtatum anni 1624. integrum conſervari; uniusque religionis conſortes ſeparatos eſſe ab aliis. Sive jam ſimultaneum dixeris illud, ubi in uno eodemq; templo ſuis ſacris ſucceſſive vacant Evangelicæ atque Catholicæ religionis conſortes; ſive ubi in uno loco, unaque civitate vel pago, utrisque in diverſis ædibus ſacris publicum ſive privatum religionis exercitium conceſſum conſpicitur; cum de hoc in genere mihi jam quæſtio ſit; Num ſalvo ſtatu religionis anni 1618. & 1624. ſalva Pace Weſtphalica Statibus Imperii jus ſit, tale ſimultaneum introducendi? Non repetam I. ſuperius dicta §. 50. n. 8. ubi tanquam ſingulare

Simultaneum Inſtr. P. contrarium oſtenditur.

jus relictum fuiſſe copioſius probavimus domino pignus reluenti, religionis ſuæ exercitium introducendi, ſiquidem â ſua diverſa religio ibi obtineat; ſi omnibus Statibus Imperii hoc vi juris reformandi integrum foret, cur quæſo tantis moliminibus pugnavere Catholici, donec ab Evangelicis obtinuere, ut hoc ejusmodi domino reluenti concederetur; Non me latet plus intendiſſe Catholicos; ſed ſcio tamen ipſos denique acquieviſſe; imo acquieviſſe primo Legatos Cæſareos hoc ſaltim unico ſingulari jure impetrato, quod dominis pignus reluentibus liberum eſſe debeat, ſuæ religionis exercitium introducere. Deprehendo inſuper II. in hiſtoria Pacis Weſtphalicæ hanc ſingularem circumſtantiam, magnam noſtræ quæſtioni affundere lucem; Volebant ſcilicet Sueci jus reformandi Statuum Imperii minus eſſe limitatum, hinc in Inſtrumento Pacis ſuo, die 14. Aprilis 1647. Oſnabrugæ exhibito art. XVI. §. 12. hæc inſeruerant: *Quo minus autem tam Catholici, quam Evangelici Magiſtratus Eccleſiaſtici æque ac Politici ſuis ſubditis tam Evangelicæ, quam Catholicæ* ***religionis exercitium pro arbitrio concedere poſſint***, *nullis legibus aut juramentis prohibeantur.* Animadvertimus ex hoc loco, de Simultaneo, ſive jure Simultaneum introducendi inter tractatus Pacis omnino cogitatum fuiſſe; Cum vero plurima ex Suecico hoc inſtrumento â ſummis Paciſcentibus approbata, ultimoque Pacis Inſtrumento communibus ſuffragiis inſerta fuerint, cur de hoc nulla mentio facta? quis huic propoſitioni contradixit? ſive Catholicos ſive cæteros Evangelicos Status contradixiſſe aſſerueris, perinde erit, ſufficit enim hoc, quod evidentiſſime

tiſſime inde colligere liceat, noluiſſe Summos Paciſcentes permiſſum eſſe Statibus Imperii, ut pro arbitrio ſubditis exercitium religionis ſive Evangelicæ ſive Catholicæ concedere poſſint, noluiſſe per conſequens, ut habeant jus Simultaneum introducendi. Vix Germania Pace frui cœperat, cum jam graviſſimæ lites hac ſuper re exorirentur, inter Abbatem Coruejenſem atque Cives Höxteranos; his aſſerentibus, ſtatum oppidi ſui talem eſſe reſtituendum, qualis fuerit anno 1624. Abbate è contrario defendente; ſibi tanquam Domino territoriali eſſe facultatem introducendi exercitium perpetuum Catholicæ religionis, in omnibus templis locisque, quæ à civibus A. C. anno 1624. poſſeſſa non fuerunt; nec non, eſſe in ſua poteſtate, cujus generis perſonas Eccleſiaſticas, ſive ex religioſis ordinibus, ſive ex reliquo Clero Eccleſiis præficere, atque ſacris faciendis adhibere velit; nec à ſubditis ſibi legem hic dici poſſe. Res hæc ventilata eſt in judicio delegato, datis ab Imperatore judicibus Moguntino Archiepiſcopo, Fuldenſi Abbate, Brunſuicenſi Duce atque Oldenburgico Comite. Quamvis vero hæc res pro Abbate fuerit deciſa, modo hactenus aſſertis plane contrario, notandum tamen erit, hanc ſententiam ſolummodo latam fuiſſe â Moguntino atque Fuldenſi Legatis, qui non expectatis Brunſuicenſibus ſubdelegatis, Oldenburgico abſente, ſententiam præcipitaverant, contradicentibus Brunſuicenſi atque Oldenburgico, imo contradicente toto circulo Saxoniæ Inferioris, qui omnia acta hac ſuper re diligentiſſime ad Cæſarem retulit. Quemadmodum ex actis videre eſt ſubjunctis Examini Vindiciarum

Juris reformandi L. D. ex quibus inſimul patet, quam mala fide egerint Auctor Vindic. Hildes, nec non Auctor Vindic. Juris reform. qui rem tanquam plene deciſam â Commiſſariis Cæſareis venditabant; Imo horum fide ſeduci ſeſe paſſus eſt. Ill. quondam Henniges, qui manca pariter hæc Acta ſuis Medit. ad J. P. addidit. p. 564. ut Simultaneum defenderit; ſed illum mutaſſe ſententiam, ſeductumque ſe queſtum fuiſſe mala horum auctorum fide conſtat, poſtquam in Anti Vindiciis Hildes. Deprehendit aliter ſe rem habere in nonnullis, ex aliisque relationibus certior de rei circumſtantiis factus fuit, uti teſtatur Auct. des Urſprungs des ſogenannten Simultanei, quod ſcriptum annexum etiam eſt dem Geſpräch vom Simultaneo ed. 1723. Ex omnibus enim circumſtantiis apparet Ill. Hennigeſium nec Rittmeyeri Vindicias Juris reformandi, nec illarum Examen editum 1710. cum approbatione facultatis Juridicæ Gieſſenſis legiſſe, cum alias forſitan rectius ſenſiſſet.

§. 55.

Sed quicquid ſit de auctoritatibus, ex quibus parum roboris ſententiis accedit, niſi auctoritate publica ſint munitæ; id enim jam inquirendum eſt, quid tabula Pacis Osnabrugenſis, quid documenta publica, quid praxis Imperii hac de re ſanciant. Cum 1) Vigore pacis Weſtphal. publicum religionis exercitium *idem* manere debeat, quod *quovis in loco* anno 1624. uſitatum fuit §. 26. art. 1. Cum 2) Vaſalli atque Subditi Statuum

tuum Catholicorum publicum vel privatum religionis A. C. exercitium, quod dicto anno quacunque anni parte, habuere, retinere in poſterum debeant cum annexis, *quatenus* illa dicto anno exercuere, ita, ut hæc 3.). omnia *ſemper & ubique* obſerventur, nec 4.) quisquam a *quocunque ulla ratione aut via turbetur*; ſed 5.) turbati aut quocunque modo deſtituti *ſine ulla exceptione*, in eum, quo Anno 1624. fuerunt, ſtatum *plenarie* reſtitui præcipiantur; quod idem etiam de Catholicis ſubditis dicendum, qui Statibus Evangelicis ſubſunt §. 31. 32. Imo cum 6.) omnia pacta atque transactiones ante Pacem Weſtph. inita annullentur, in quantum obſervantiæ anni 1624. adverſantur; quis quæſo jam diceret, contra J. P. non impingi â Statibus Catholicis, ſi ſubditis, invitis, religionis ſuæ exercitium introducant in locis, ubi ſola Evangelica religio obtinuit anno 1624. ſoli enim cum Proteſtantes in eo loco religionis ſuæ exercitium habuerint anno 1624. ſoli etiam ut in poſterum retineant, neceſſe eſt, cum alias dici nequeat, quod omnia obſerventur, *quatenus* ea exercuere dicto anno. Ponamus Evangelicos ſolos habuiſſe religionis ſuæ exercitium anno 1624. in certo loco; ponamus ibi poſtea â Principe & religionis Catholicæ exercitium introduci, ædes ſacras ipſis aſſignari, vel de novo ædificari, imagines erigi, Proceſſiones inſtitui, Venerabile transferri, dies feſtos Sanctis dicatos celebrari, num idem religionis exercitium adhuc ibi eſſe putas, quod fuit anno 1624. cum nihil quicquam horum ageretur? Idem tamen conſervari voluerunt Summi olim

Paciſcentes. Si nullo modo turbari Evangelicos religionis Catholicæ introductione in locis, ubi ea ante exulabat, exiſtimaveris; velim in memoriam revoces omnia ea, quæ in Imperio noſtro â Pacis Weſtphalicæ tempore acta fuere, ubi Simultaneum hoc introductum eſt, ut ex effectu cognoſcas, num Evangelici turbati ſint nec ne; nolo enim exempla allegare, utpote ſatis ubique obvia atque notiſſima; Quis enim negaret, deterioris eſſe Evangelicos ſubditos conditionis, ſi ſecum habitantes in loco habeant Catholicos, quibus omnibus, maxime ſi Cleri dicto fuerint audientes, vix piis eſſe licet, niſi quovis modo alios ad ſuam religionem pertrahere ſtudeant, ſuam religionem aliis obtrudant; impediant quocunque modo, quicquid hæreſin ſapit; hinc parentes contra liberos, hosce contra Parentes, amicos contra amicos ſollicitari excitari quotidie animadvertitur, hinc perpetuæ ſuſpiciones, inſidiæ, inimicitiæ; hinc turbæ, hinc perſecutiones, hincque ſeries ærumnarum, cum quibus ſubinde confligendum eſt, maxime illis ſubditis, qui â Principe diverſam profitentur religionem. Si Simultaneum introducendi facultatem concedere voluiſſent Summi Paciſcentes, cur quæſo ne quidem condomino hanc poteſtatem fecere introducendæ ſuæ religionis, ſiquidem illa religio anno 1624. in his terris non fuerit; quod omnino ex §. 42. ſatis manifeſte colligitur, cum iis in locis, ubi Catholici & Auguſtanæ Confeſſionis ſtatus ex æquo jure Superioritatis fruuntur, *idem ſtatus manere debeat*, tam *ratione publici exercitii*, *quam aliarum rerum religionem concernentium*, qui fuit anno 1624. Me quidem

quidem non latet, hujus quæſtionis deciſionem A. 1653. die 29. Julii Ratisbonæ ad ulteriorem deliberationem Statibus Imperii per dictaturam communicatam eſſe, (11.) ſed quo fine ſagaciores odorari facile poſſunt. Sed notum tamen etiam eſt in cauſa Wertheimenſi, ubi hæc ipſa quæſtio quam maxime ventilabatur, â Camera Imperiali mandatum S. C. emiſſum eſſe contra Simultaneum A. 1691. die 6. Aug. cujus tenorem infra deprehendens. (12.) Quantis enim cavillationibus ad torquendas Pacis tabulas Catholici uſi fuerint in hac ipſa cauſa, dici vix poteſt, cum non obſtante

S 4 ple-

(11) Hac ipſa occaſione in comitiis edita fuere Synopſis fundamentorum, vermög welcher &c. atque deductio ſolida, quorum primum videre eſt in Vindic. Hildes. Lit. R. alterum vero apud Buckiſch ad J. P. W. artic. V. Obſ. 130. Poſterioris auctor eſt Ignatius Guilhelmus Schüz Cancellarius quondam Comitum Lœvvenſteinenſium, poſtea Aſſeſſor Cameræ Imp. qui primus Simultaneum defendere auſus fuit. Idem paulo poſt anno ſequenti ediderat Manuale ſuum Pacificum.

(12.) Verba hujus mandati ita habent: Hierum ſo gebieten wir von Römiſcher Käyſerl. Macht und bey Pœn. 10. Marck löthigen Golds &c. daß du demnächſt nach Verkündigung dieſes/ denen Pactis familiæ & legibus fundamentalibus Condominii, abſonderlich dem *Inſtrumento Pacis* nicht mehr entgegen handelſt/ die Capuciner/ wie auch die einſeitig und neuerlich eingenommene Catholiſche Unterthanen und Beyſaſſen/ aus der Stadt und Grafſchafft Wertheim ohngeſäumt wegſchaffeſt/ die Unterthanen und Bürger wider den Friedens-Schluß und habende Freyheit nicht beſchwehreſt/ keine Neuerung in Anrichtung eines Cloſters/ Kirchhoffs und Proceſſion und anderſt einführeſt. &c.

Digitized by Google

plenaria reſtitutione per Commiſſarios Cæſareos Electorem ſcilicet Moguntinum atque Landgravium Haſſo Darmſtadienſem poſt Pacem Weſtphalica facta brevi poſt Catholici involare templum, atque reſtituere Catholicam religionem cum omnibus cœremoniis auſi fuerint. Vid. Meditat. ad J. P. p. 658. ſeqq. atque Dn. Struvius in Hiſtoria der Religions-Beſchwerden P. II. p. III. Alia etiam mandata (13.) de non contraveniendo J. P. S. C. ab Imperiali judicio Cameræ emiſſa fuiſſe contra Simultaneum teſtatur Cameræ Advocatus Joh. Deckherus in Conſult. Forenſ. de Pace Civ. C. 38. n. 21. quamvis ipſe alias contrariam habeat opinionem. Ipſos Imperii Principes Catholicos longe aliter atque paci convenientius judicaſſe plurima exempla teſtantur. Via tot turbis atque gravaminibus concuſſum Imperium videremus, ſi Principibus ſuo ingenio indulgere liceret, nec per ſiniſtra narrara, frequentesque Cleri Romani vellicationes in contraria abriperentur. Apparet ſane id cuivis absque præconceptis opinionibus Acta Hildeſienſia inſpicienti, ubi optimam Epiſcopi intentionem perverſis malevolorum hominum ſuggeſtionibus ſæpiſſime eliſam fuiſſe animadvertitur. Ex multis enim pauca allegaſſe ſufficiat.

§. 56.

Nec ipſi Catholici id approbarunt Principes.

Ita enim Maximilianus Henricus Elector Colonienſis idemque Epiſcopus Hildeſienſis in ſuis literis

(13.) Ita pariter Mandatum Cameræ extat in facti ſpecie der Hildesheimiſchen Land-Stände p 126. d. Ao. 1696. quo Epiſcopo Hildeſienſi Jodoco Edmundo injungitur: den zu Weſtfeld nie geweſenen / mithin unzuläſſigen Capellen-Bau einzuſtellen.

Digitized by Google

literis ad Capitulum Hildeſienſe datis A. 1681. die 28. Octobr. Simultanei introductionem evidenter improbat, nec niſi cum ſubditorum conſenſu illud licitum eſſe arbitratur. (14.) Ita Glor. Elector Palatinus Joannes Wilhelmus ſæpiſſime literis ad Epiſcopum Herbipolenſem atque Wormatienſem datis Simultanei introductionem improbavit, atque Inſtr. P. e diametro contrarium judicavit, petiitque ut omnia adverſus J. P. innovata reſtituerentur, quemadmodum hæ literæ videri poſſunt in Examine Vindic. Juris reformandi p. 110. ſeqq. nec non in Actis publ. Thucelii. T. I. Neque aliter dicendum erit, ſi ſtatus Imperii Catholicus ſubditos poſſeſſione templorum quidem non privet, ſed alternis vicibus templa ſuorum ſubditorum Proteſtantium in uſum ſuæ religionis adhibeat; Omnia enim hæc ſub Simulta-

(14.) Formalia harum literarum ita habent: Würdiger ꝛc. Daß man anjetzo hin und wieder auf dem Land/ ja in allen Städten/ Flecken und Dörffern unſers Stiffts Hildesheim Catholiſche Kirchen und Capellen erbauen/ und das exercitium religionis noſtræ aus Landes-Fürſtl. Obrigkeitlicher Macht einführen ſolle/ kommt uns bey jetzigen conjuncturen faſt beduncklich vor/ zumahlen es/ wann ſolches dem Braunſchweigiſchen Haupt-Receſſ gemäß wäre/ ſchon längſt geſchehen ſeyn würde; und deßwegen wir/ da man dem zuwider dergleichen nunmehr attentiren ſollte/ daraus groſſe zu unſerer diſreputation. und des Stiffts Schaden gereichende Ungelegenheiten etwan entſtehen dörfften. Es ſey dan/ daß unſere Uncatholiſche Land-Stände von ſelbſten darzu geneigt/ und ſolches belieben thäten. vid. facti ſpecies der Hildesheimiſchen Land-Ständen. p. 147.

neo comprehenduntur, quod ſi in genere prohibitum eſt, ut prolixe oſtendimus, nec ſane quoad hanc ſpeciem erit permiſſum, cum hoc ipſum omnium maxime Evangelicos turbare poſſit. Nec exceptio aliqua admittenda erit ratione templorum deſtructorum, vel derelictorum, quibus Evangelici haud utuntur, cum ut diximus Domino poteſtas non competat introducendæ ſuæ religionis contra ſtatum A. 1624. niſi cum ſubditorum conſenſu. Nec 2. hæc loca vel ſaltim areæ invitis ſubditis poſſint eripi, quibus jus ſpeciale in omnia templa fuit quæſitum, quæ A. 1624. in eorum poteſtate fuere §. 31. art. V. ita ut & appertinentiæ, reditus atque acceſſiones ipſis debeant relinqui; nec ulla ratione aut via turbari, ne niſi mutuo conſenſu hic quicquam immutari.

§. 57.

Qualia dubia hic interdum moveri poſſint.

Et quamvis negari nequeat, poſſe interdum dubia moveri, quousque Evangelici hæc vel illa templa A. 1624. in ſua poteſtate habuerint, maxime ſi jam tunc fuerint diruta, derelicta, nullumque religionis exercitium dicto anno ibi obtinuerit; imo ſi peregrini, non ſubditi ibi ſaltim ſacra ſua celebraverint; hæc omnia tamen nos non morantur, quo minus dicamus, omnia ea templa, ſive areas, in locis ſita, ubi ſacris Catholicorum A. 1624. non fuit locus, omnino Evangelicis eſſe relinquenda. Nam qui A. 1624. prohibuere, quo minus Catholici templa hæc ſibi vindicare, ibique ſacra ſua introducere potuerint, illi revera hæc loca habuere in ſua poſſeſſione atq; poteſtate. Jam cum ſi nullo modo in ſua poſſeſſione turbari poſſint, ſequitur ipſos adhuc habere jus prohibendi, ne Catho-

Catholici hæc loca vel templa ſibi vindicent, ibique ſacra tractent; ſi enim Principi jus eſſet, Catholica ſacra ibi introducendi, ipſi jus eſſet, ſubditos ſuos turbandi, in ſua poſſeſſione contra An. *1624.* quod quantum à mente Summorum Paciſcentium abhorreat manifeſtum eſt. Id unicum adhuc addere licebit, vix comprehendi poſſe, quomodo Catholici ſibi conſtent ſuis principiis; cum enim ante aliquot annos lis exoriretur inter Præſulem ad St. Ulricum atque Magiſtratum Auguſtanum Evangelicum, de imaginibus Sanctorum cum templo Evangelicis proprio, quodque Evangelici renovandum ſuſceperant, reficiendis, quod urgente Prælato Catholico, cui nihil juris in templum eſt, Magiſtratus facere detrectaverat; corpus Catholicorum in Comitiis Ratisbonenſibus ita Præſulis cauſam commendare. Auguſtiſſimo Imperatori ſuſtinuit: daß der ſupplicirende Abbt, Prior und Convent in ihrem Geſuch ſehr wohl fundirt, und das Inſtr. Pacis für ſelbige durchaus, bevorab der annus decretorius militirs &c. vid. Fabri Staats-Cantzley T. XVII. p. 245. Jam ſi vi anni decretorii omnia adeo inviolabili modo erunt conſervanda, ut ne quidem imagines ab ipſis Evangelicis in ſuis templis contra ſtatum A. 1624. mutari poſſint, qua fronte defenditur ea templa Catholicis poſſe addici, quæ A. 1624. à Solis Evangelicis fuerint poſſeſſa; certum enim eſt Pace Weſtph. hominibus potius eorumque religioni atque conſcientiæ cautum fuiſſe, quam imaginibus, lapidibus, aliisque rebus inanimatis.

§. 58.

§. 58.

An Principes in ſacellis Aulicis contra ſtatum A. 1624. religionis ſuæ exercitium introducere poſſint.

Num vero Principes Imperii tam ſtricte ad A. 1624. obſervandum teneantur, ut nequidem in caſu mutatæ religionis, vel ſucceſſionis in terris religionem â ſua diverſam profitentibas, publicum religionis ſuæ exercitium pro ſe atque ſua familia in Sacellis Aulicis inſtituere poſſint, difficilioris omnino eſt dijudicationis. Principes Proteſtantes inter ſe, ſiquidem â Lutherana ad Reformatam, & vice verſa, tranſierint religionem, Concionatores Aulicos ſuæ Confeſſionis ſecum atque in reſidentia habere poſſe dubio caret vi art. VII. §. 1. De eo vero caſu, quando Princeps Catholicus in ditionem Evangelicam ſuccedit, vel quando Romana Sacra amplectitur, nihil conſtitutum invenitur. Uſus tamen docuit, idipſum iis quoque negatum non fuiſſe. Ita enim Johannes Fridericus Dux Brunſuicenſis, ita Chriſtianus Ludovicus Dux Megapolitanus; ita denique Julius Franciſcus Dux Saxo-Lauenburgicus hac ipſa libertate uſi ſunt, nec majorem ſibi licentiam hucusque arrogavit Potentiſſimus Rex Auguſtus in Saxonia, qui omne Simultaneum Paci Weſtphalicæ alias contrariari aſſeruit edicto ſuo Dresdæ edito A. *1705*. aliisque, quibus ſecuritati religionis Evangelicæ ſuorum ſubditorum cavit; utinam & alibi locorum longius haud fuiſſet proceſſum. Fateor præſidium, quod ſibi Catholici ex art. VII. accerſunt, ſatis validum haud eſſe, cum diverſiſſima omnino ſit ratio, quoties cauſa agitur inter ipſos Proteſtantes, atq; inter A. C. Romanæque Eccleſiæ conſortes. Tanto enim perſecutionis zelo in ſe invicem haud feruntur Proteſtantes; tantis intervallis â ſe invicem in ipſa religione haud diſtinentur; didicere etiam ſuo malo ſe invicem

cem tolerare, propiusq; ſibi invicem indies accedunt, ut nec ruina, nec perſecutio unius alteriusve partis religioni atque conſcientiæ libertati ab una alteraque parte metuenda ſint; tanto apparatu nemo Proteſtantium ſuæ religionis exercitium inſtruit, ut omnibus grave non poſſit non eſſe, quibus alia mens eſt; Hinc male absque dubio illi concludunt, qui, quod uni juſtum eſt, & alteri volunt eſſe juſtum in caſibus tam diverſis; quis enim ignorat circumſtantias in moralibus rem variare; Proteſtantibus Statibus juſtum eſt in ſuos ſubditos Proteſtantes jurisdictionem Eccleſiaſticam exercere, nec tamen quisquam Catholicorum dixerit, facile idem etiam Principibus Catholicis juſtum eſſe in ſuos ſubditos. Id quidem verum eſt, negative recte concludi ex art. VII. ad Status Imperii Catholicos, ut quod Evangelicis non conceditur inter ſe, multo minus vel Catholico contra Evangelicos, vel Evangelico Principi contra ſubditos Catholicos concedatur; Ita enim rectiſſime colligitur: Principi reformato in terris Lutheranæ religioni addictis ſuccedenti, nullum impedimentum aut præjudicium directe aut indirecte alterius ſacris adferre, imo ne quidem jus præſentandi Miniſtros exercere licet art. VII. Ergo multo minus id licebit Principi Catholico in terris Evangelicis ſuccedenti. Cum enim potentiſſimi paciſcentes tam ſolicite omnes turbas, omniaque incommoda præcavere voluerint, inter ipſos Proteſtantes, â quibus tamen tanta incommoda metuenda haud ſunt; quis diceret, illos minus Catholicis atque Evangelicis inter ſe voluiſſe proſpectum, ſiquidem ſerie ipſis mens fuit pacem firmam conſtituendi.

§. 59.

Digitized by Google

§. 59.

Num in templis Aulicis, quæ ſimul parochialia atque publica ſunt.

Cæterum ipſa hæc quæſtio jam olim agitata fuit in Comitiis, cum Chriſtianus Ludovicus Dux Megapolitanus ad Sacra Romana tranſiret, ubi in Comitiis A. 1664. propoſitum fuit: Ob Hertzogs Chriſtian Fürſtl. Drl. Dero Schloß-Kirche, welche vor, in und nach A. 1624. zum Evangeliſchen Gottesdienſt allezeit und bißdaher gebraucht, auch darzu fundiret worden, wieder die diſpoſition des J. P. art. V. §. 12. & 14. zu ſeinem Catholiſchen Gottesdienſt zu gebrauchen, und alſo dem Evangeliſchen Weſen zu entziehen, von rechtswegen befugt ſey? Negaverat tunc quæſtionem Legatus Suecicus: wegen der Schloß-Kirche könne Jhm in Conſideration des termini de A. 1624. nicht nachgeſehen werden. Plerisque vero contraria ſententia placuit. vid. Schilter de pace religioſa. Et ſane, ſiquidem dicendum, quod res eſt, jam tempore Pacis Weſtphal. hæc Proteſtantibus fuerant principia, quod hoc in caſu Principi templum aliquod relinquendum ſit, uti apparet ex Platneri disquiſitione de ejectione ſubditorum A. C. ex terris Catholicis ſupra cit. §. 26. patet id etiam ex conſeſſu VI Deputatorum in tractatibus Weſtphal. ubi cum Evangelici in reſervatum Eccleſiaſticum nondum conſentire vellent, Archiepiſcopo atque Epiſcopo religionem ſuam mutanti ſalvas manere volunt terras, dignitatem, reditus; ita tamen ut reformare non poſſint: Doch könne ihm in ſeiner Curia das exercitium ſeiner Religion nicht gewehret werden. vid. Cortrei Obſerv. ad P. R. p. 338. Nec poterit negari libertatem conſcientiæ omnibus conceſſam, conceſſam etiam eſſe Principi, vi

cujus

cujus religionem mutare poteſt, ſicuti nec ſubditi id facere prohibentur. Jam cum ſubditi hoc in caſu aut tolerari, aut juberi poſſint, ut emigrent, Princeps utique tolerari debet, & religioni ac devotioni ſuæ privatim vacare absque dubio poteſt; Cum vero Sacella Aulica domeſticorum Oratoriorum loco ſint (ſicuti tota Aula inſtar magnæ familiæ eſt) uſuique familiæ Principis deſtinata, Princeps etiam de illis diſponere poterit, ſicuti multis id probavit Ill. Dnus Böhmerus in Jure Eccl. Proteſt. L. III. Tit. XXXVII. p. 449. ſeqq. Negari ſane nequit, Principem ſemper Sacellum Aulicum iis poſſe deſtinare Sacris, quibus ipſe addictus eſt; cum, quo minus ipſe pleniſſima religionis libertate fruatur, cultumque divinum pro ſe, atque ſua familia exerceat, prohiberi nequeat, maxime in templo ipſi proprio. Aliud autem omnino dicendum erit de templis Aulicis, qualia in quibusdam locis præter Sacella Aulica deprehenduntur, ubi ordinaria Sacra, ſicut in Eccleſiis parochialibus peraguntur; quibus Ordinarii Presbyteri præficiuntur, Ober- und Hoff-Prediger, quibus etiam certus populus aſſignatus eſt, ut actus miniſteriales ibi celebrent, utque hosce Miniſtros Aulicos â confeſſione habeant. Hæc enim templa cum revera parochialia atque publica ſint, ſubditi omnino in iis jus habent quæſitum, ſiquidem in eorum poſſeſſione fuerint A. 1624. ut non niſi pacem publicam violando, ea ipſis â Principe auferri, ſuæque religionis conſortibus addici poſſint. Ad proprium enim religionis ſuæ exercitium Princeps iis opus non habet, nec oratoriorum Sacrorum loco haberi ea poſſunt; ſubditis ergo invitis haud quaquam adimi

poſſunt.

Nec multitudo Aulicorum, cui capiendæ ſacellum amplius capax non eſt, jus hic Principi dare poteſt ad tales auſus, cum favor benignæ Legum interpretationis ad aulicos extendi nequeat. Si enim ejusmodi Princeps omnibus ſubditis ſe oſtenderet æquum, tot ſuæ religionis homines ad aulica atque publica officia non admitteret, ſed etiam locum faceret ejus religionis hominibus, cui ſubditi ſunt addicti, quibus cultui publico vacare interdici nequit. (15.)

§. 60.

De jure reformandi circa bona Eccleſiaſtica?

Reſtat ut adhuc, inquiramus effectus juris reformandi circa Bona Eccleſiaſtica, num contra annos decretorios hodie illi ſit locus? Quod ut rite evolvatur, id ante omnia obſervandum erit, annos decretorios Evangelicos inter ſe, aut Pontificios haud fingere; licet enim & ipſis inter ſe fuerint litigia, ea tamen non fuere, quæ bellicis motibus occaſionem dedere,

(15.) Notum eſt, quid hoc prætextu, nomine Sereniſſimi Electoris Palatini die 19. Aug. 1719. à Clero Romano actum fuerit, cum templum Spiritui S. dicatum Heidelbergæ Reformatis eriperetur. Hinc recte reſpondere Reformati Conſiſtoriales; daß die Kirche zum H. Geiſt keine Hoff-Kirch jemahl geweſen/ſonder allezeit als eine Stadt- und Parochial-Kirche conſiderirt worden &c. vid. acta deſuper apud Fabrum in der Staats-Cantzley T. XXXIV. c. 6. p. 121. & Elect. Jurispubl. T. XVI. p. 960. ſqq. Jure etiam hic notari meretur illorum error, quem etiam B. Stryckius fovit in Uſ. mod. de rerum diviſ. §. 2. ſtatuentium templa eſſe in dominio illius, cui Jus Sacrorum in republica competit; templa enim in dominio ſunt illius Eccleſiæ, ſive Eccleſiaſtici cœtus, cui inſerviunt, & cui deſtinata ſunt; quemadmodum idem dicendum mox erit de bonis Eccleſiaſticis.

Digitized by Google

dedere, quæque gravamina exhibuere Pace Weſtphalica, tollenda, id quod etiam ſatis cognoſcitur ex ſummorum Paciſcentium intentione, quibus omnes componere lites Germaniam exagitantes animus non fuit, neque enim reſtitutis ex capite amneſtiæ omnes exſpiravere lites art. III. §. 2. quantum vero ad gravamina attinet, ea volvere penitus ſublata, quæ ex ſiniſtra Tranſactionis Paſſavienſis atque Pacis religioſæ interpretatione orta fuerant, quæque in poſterum inter diverſæ religionis ſocios oriri poterant; (16.) Nec enim alia gravamina reperire licet, quam quæ Evangelicos atque Catholicos inter ſe concernebant, ut videri poteſt ex Londorpio T. V. L. II. c. 114. & T. VI. L. III. c. 30. Tamdiu etiam hic terminus conſtitutus ſaltim eſt, donec de religione ipſa convenerit art. V. § 14. Ergo Lutheranos inter ſe non obligat; utpote quibus non opus eſt, ut de religione conveniant; nec Luthe-

Num annus decretorius etiam Proteſtantes inter ſe obliget?

T

(16.) Patet id haud obſcure ex Suecorum propoſitione A. 1645. Cæſareis exhibita, quam habet Puſend. L. XVII. rer. Suec. §. 68. p. 581. quæ hæc fuerat: Ut quæcunque hactenus inter Evangelicos & Catholicos Romanos de Pace religionis & bonis Eccleſiaſticis motæ ſunt controverſiæ, eæ communibus utriusque partis conſiliis operaque ſimul cum hoc tractatu - - - ita penitus ſolideque componantur, ut de vero certoque intellectu dictæ pacis religioſæ nullum amplius ſuperſit dubium, neque alia mens fuerat Cæſareorum Legatorum, quemadmodum eorum reſponſio teſtatur apud Puſend. ib. §. 83. p. 590. nec non Pfanner. Hiſt. P. IV. L. II. n. 28. p. 125.

Lutheranos atque Reformatos, cum his peculiari articulo V. II. abunde fuerit proſpectum. Vid. Diſquiſitio Juris publici de Bonis Eccleſiaſticis, eorumque ex alieno territorio debitis reditibus, inter Proteſtantes Imperii ſtatus controverſis. Francofurti edita A. 1687. cujus Autores fratres Itteri habentur, ubi hæc controverſia copioſe atque ſolide tractatur; nec non Schilteri diſſert. de Termino â quo reſtitutionis Bonorum Eccleſiaſticorum. Hinc facile illud admiſerim poſſe etiam Principes Catholicosin ſuis territoriis prohibere, ne Monaſteria, ne Clerici absque Principis conſenſu bona immobilia acquirant (17.) ne nova mona-

(17.) Novimus ſane illud olim paſſim in Germania obtinuiſſe, ut absque Imperatoris conſenſu donare Eccleſiis permiſſum haud fuerit. Inde etiam confirmationes eorum, quæ ab Anteceſſoribus in Regno Eccleſiis donata, â Succeſſore impetrandæ fuerunt, cum morte Prædeceſſoris donatio finiretur. vid. Bignonium in notis ad Marculf. c. 17. Hinc poteſtas acquirendi nonnunquam ſocietatibus religioſis permiſſa fuit generali privilegio, uti patet ex literis Henrici VII. Imperatoris, Monaſterio Bebenhuſano datis apud Beſold. in Monument. Monaſt. Wurtemb. rediviv. p. 29. Cum vero Principes jure terrirorii uti inciperent, eorum auctotitate ſemper opus fuerat; hinc Fridericus Suevorum Dux Monaſterio Adelbergenſi per literas indulſit, ut à ſubditis bona tam mobilia, quam immobilia per donationes libere acquirere poſſent. A. MCLXXXIX. ib. idem conceſſit Cœnobio Bebenhuſano, ut libere poſſet potiri nemore, cui nomen eſt Schainbuch, quod à Comitibus Palatinis Tubingenſibus in Clauſtrum hoc tanquam *proprium bonum* fuit collatum. Imo ipſi Comites Palatini Tubingenſes, *Miniſterialibus ſuis*, venatoribus atque ruſticis, ipſorum ditioni ſubjectis

monaſteria exſtruantur, ne venæ corporis civilis evacuentur, adque corpus Eccleſiaſticum ſolum deferantur (18.) ne immunitatibus atque privile-

jectis, hanc poteſtatem faciunt, de rebus ſuis mobilibus atque immobilibus transferendi in Monaſterium Bebenhuſanum. uti ex diplomate fundationis Rudolphi apparet ib. apud Beſold. quod etiam de Comite de Eberſtein obſervare licet in fundatione Monaſterii Albæ Dominorum, qui eandem poteſtatem ſuis Vaſallis, Miniſterialibus atque hominibus propriis facit. Apud Brunſuicenſes id obtinuit lege ſcripta, ut nullorum plane bonorum per teſtamentum acquirendi aut poſſidendi facultas eſſet Clero, ſed, ſi quæ etiam acquiſita fuerint per teſtamentum, intra anni ſpatium aliis vendi debuerint. vid. Leibnitii Scriptor. Brunſuic. T. III. p. 442. taceo alia quamplurima exempla, cum nec hodie in Germania id plane inſolitum ſit.

(18.) Agnovit id olim ſagaciſſimus Richelius, damnumque ex nimia fundationum multiplicatione in Rempublicam redundans Regi ſuo P. I. Teſt Polit. Sect. VIII. c. 2. ita repræſentavit: „Comme il eſt de la „pieté de V. M. de travailler du reglement des an„ciennes religions; il eſt de ſa prudence d'arreter le „trop grand nombre des nouveaux monaſteres, qui „S'etabliſſent tous les jours: Il faut en ce faiſant „mepriſer l'opinion de certains esprits, auſsi foibles „que devots et plus zelés que prudens, qui eſtiment „ſouvent, que le ſalút des ames et celui de l'etat, „dependent de ce, qui eſt præjudicable â tous les „deux - - - - Ce qui ſe fait pour l'Etat, ſe faiſant pour „Dieu, qui en eſt la baſe et le fondement; reformer „les maiſons deja etablies, & arreter l'excés des nou„veaux etabliſſemens, ſont deux Oeuvres agreables „a Dieu, qui veut la regle en toutes Choſes. Novimus Rempublicam Venetam ſub pœna Banni ordinaſſe, ne à Clericis ordinarentur Eccleſiæ & Monaſteria ſine Reipublicæ permiſſione. vid. l'hiſtoire de

giis ſuis oneribus publicis ſeſe ſubtrahant, dum interim optimum ad ſe pertrahunt Reipublicæ ſanguinem; Neque alienis exactionibus nervus rerum gerendarum e ſuis terris in Italiam trans feratur; quanta enim cum jactura Germaniæ olim id factum fuerit, gravamina paſſim extantia ſatis loquuntur conf. gravamina Principum Germaniæ de A. 1522. apud Hortleder. de C. B. Germ. L. I. p. 12. ubi artes pecuniam Garmanorum Romam pertrahendi vividiſſime deſcribuntur. Meretur etiam legi graviſſima Caroli IV. oratio in comitiis Moguntinis A. 1365. ad Legatum Pontificis habita, nomine Innocentii Papæ, ſubſidium Cameræ petentem, quam deſcripſit Mutius in Chronico apud Piſt. T. II. p. 248. (19.)

§. 61.

Henri IV. de Perefix p. 96. Neque ſaltim hac in re vigilaſſe olim Principes Germaniæ, ſed etiam incorporationes tranſmutationes, tranſlationes ſæpe ab iis proprio motu factas vel ſuo conſenſu confirmatas fuiſſe multis probavit exemplis B. Reinhardus in Medit. de jure Principum Germ. circa ſacra ante reform. C. II. §. 10. ſeqq. p. 80.

(19.) Cave ne credas nullam Principibus ſecularibus poteſtatem fuiſſe factam in bona Eccleſiaſtica ante reformationem. Ipſi olim Epiſcopi petiere à Regibus in Comitiis publicis, ut monaſteriis adminiſtratores præficerentur, qui Advocati fuere dicti, de illis Nicol. Camurat. fol. 120. Advocati, inquit, antiquitus Eccleſiis & cœnobiis à Regibus præficiebantur, erantque tanquam Procuratores, Oeconomi & Adminiſtratores Eccleſiaſticorum proventuum. Plena ſunt Capitularia Regum Francorum de ejuſmodi Advocatis, qui & Vicedomini appellabantur. Sub Saxonicis Imperatoribus paululum hic mos fuit immutatus, ut fundatores Principes, Comites, Barones ſibi id muceris plerum-

Digitized by Google

§. 61.

In quantum vero bona Eccleſiaſtica interdum ſeculi uſibus poſſint deſtinari, ſatis, ut arbitror, *Bona Eccleſiaſtica in cujus dominio ſint?*

T 3 ſupra

que reſervaverint, vel electioni monaſteriorum reliquerint, uti patet ex diplomatibus paſſim. Teſtatur Franciſc. Dicarenus de Sacr. Eccleſ. Miniſt. L. VII. C. X. circumferri in Gallia Bonifacii Diploma, quo teſtatur, facultatem Regi Francorum eſſe pecuniæ collationem Eccleſiaſticis perſonis imperandi, vel inſcio Romano Pontifice, quoties pro aris & focis pugnandum erit. Jam Wilhelmus Imp. A. 1255. Statuum Imperii ſuffragio pronuntiaverat, Abbatem nec bona, nec feuda monaſterii ſui absque conſenſu Imperatoris & Capituli donare, vendere aut alienare poſſe. vid. Reinhard. medit. C. IV. p. 273. Hinc Ludovicum IV. Imp. alienationem bonorum Hirsaugienſis Monaſterii revocaſſe docet diploma de A. 1334. apud Beſold Monum. rediv. Wurttemb. p. 562. Ita Wilhelmus III. Dux Saxoniæ Monaſterio monialium Weiſſenfelſenſi permittit, venditionem annuorum redituum. Plura ejusmodi exempla cumulavit B. Reinhardus l. c. C. IV. ubi etiam probat, Georgium Saxoniæ Ducem, qui tempore reformationis tenaciſſime ſacris Pontificiis adhæſerat, bona Eccleſiaſtica locaſſe, alienaſſe ac conſtitutiones circa ea edidiſſe. Reformationes etiam haud raro â Principibus ſuſceptas fuiſſe in monaſteria documenta ſatis teſtantur. Ita Comes Wurtembergicus Ulricus reformavit monaſterium Denckendorfienſe, fatentibus ipſis monachis in ſuis gravaminibus: Venit præfatus Comes &c. cum Reformatoribus & reformavit, & fecerunt unam bonam ordinationem nobis multum bene placentem. vid. Beſoldi Docum. rediviv. p. 16. Ita Erneſtus & Albertus Duces Saxoniæ, reformationem Monaſteriorum, ex hæreditate Wilhelmi Ducis ad ipſos devolutorum, cum revocandi clauſula committunt Epiſcopo Nunburgenſi. vid. Reinhard. l. c. p.

Digitized by Google

ſupra demonſtratum fuit P. I §. 51 ſqq hinc jam indagandum erit, quid hodie liceat circa bona a Proteſtantibus Pace religioſa atque Weſtphalica acquiſita? Cum vero Bona Eccleſiaſtica, quæ Clerus ſibi olim vindicaverat, â Statibus Imperii Evangelicis vel ablata ſint propria autoritate, vel iis in ſatis factionem publico Imperii conſenſu ſint conceſſa; duplicis etiam generis bona illa ſunt Proteſtantibus hodie propria, vel mediata, vel immediata; hæc ultima publica Imperii autoritate ſeculi

148. De Gelriæ Ducibus plura annotavit Hertius diſs. de Superiorit. Territ. de Bavariæ Ducibus Adelzreuterus, de Oldenburgenſibus Comitibus Hammelmannus in Chron. de Noriberga Wagenſeilius in Tr. de Noriberga: *ubi Monaſteria*, inquit, *non ſuo, ſed Senatus Decreto reguntur.* Neque inſolitum hodieque eſſe reformari atque perimi à Catholicis monaſteria patet ex hiſtoria Cœnobii S. Johannis in Rhingavia, cui Valentinus Aorn de Rudesheim, qui vixit A. 1560. præfuit; utpote quod propter diſſolutos mores fratrum & æs alienum, quo monaſterium obſtrictum fuerat, Archiepiſcopus Moguntinus Daniel occupavit, fratribus hinc inde relegatis; Abbas à munere remotus 1563. nec illi poſthac datus eſt ſucceſſor. vid. Schannat. in Vindem. liter. Collect. I. p. 159. de orig. & Abbatibus S. Johannis in Ringavia. Quid in Comitiis Auguſtanis A. 1518. à Maximiliano I. ratione redituum Eccleſiaſticorum propoſitum fuerit, meretur legi apud Goldaſtam in Conſtit. Imp. T. II. p. 129. Imo conferri hic ante omnia merentur, quæ habentur apud Lehmannum de Act. P. R. L. III. p. 380. ubi plurima monaſteria ab ipſis Catholicis ſublata, atque menſe Epiſcopali adjudicata imo & ad Profanos uſus tractata fuiſſe docetur, ut taceam ea quæ habentur apud Ill. Dn. de Ludvvig T. V. Reliq. Mscrorum omnis ævi de cœnobio novi operis in Præf. p. 8. 9.

ſeculi uſibus addicta eſſe novimus, in Ducatus atque Principatus plerumque converſa, qualia ſunt Ducatus Magdeburgicus, Bremenſis Verdenſis; PrincipatusHalberdienſis Mindanus Caminenſis &c. neque de iis jam dicere quidpiam animus eſt cum regula ſatis certa ipſis in Inſtr. P. fuerit conſtituta, ſed de mediatis bonis Eccleſiaſticis haud ingratum futurum Lectori ſpero, ubi rem penitius perſcrutatus fuero; Nec tamen fundamenta diſquiſitionis ex jure civili Juſtinianeo, nec Canonico accerſiturus ero, unice legibus rationis, hiſtoriæ atque Legum publicarum monumentis intentus, utpote e quibus ſolis hæc res inter Principes maxime Evangelicos venit evolvenda. Si originem omnium bonorum Eccleſiaſticorum reſpiciamus, aliter dici nequit, quam eſſe illa deſtinata â ſuis autoribus atque fundatoribus, in uſus pauperum, eorumque ſuſtentationem, qui ſacris operantur, nec non ut cultui divino celebrando neceſſaria ſubminiſtrentur; ſive jam bonorum horum originem ex oblationibus olim factis, ſive ex donationibus ſive ex teſtamentis Eccleſiæ membrorum accerſamus, unum idemque erit. Jam cum Eccleſia ſit ſocietas hominum religionis cauſa ſociatorum cum ejus finis ſit, DEO inſervire, qui commode obtineri nequit, niſi bonis gaudeat, fini ſuo, comunibusque neceſſitatibus inſervientibus; id exinde ſequitur, quod Princeps qui in Republica tolerat hanc ſocietatem, tolerare etiam debeat, ut habeat hæc bona, ut uſibus ſuis ea applicet, imo ut dominium ejusmodi bonorum ſibi adquirat, modo legitimo, & in quantum Reipublicæ id haud adverſatur. Cum plures ejusmodi ſocietates à ſe invicem diverſæ, in una re publica eſſe, atque tolerari

Digitized by Google

poſſint; ubi unaquæque habet res ſeparatas, neque ad unum eundemque finem tendant ratione religionis, illis etiam nulla erit communio ratione religionis, eorumque, quæ religioni inſerviunt; hinc habebunt bona Eccleſiaſtica ſeparata, unicuique cœtui propria. Hinc nec Principi aut Reipublicæ competit dominum bonorum Eccleſiaſticorum, niſi eidem omnium cæterorum collegiorum atque ſocietatum in Republica exiſtentium bona aſſignare velis, quod ſine abſurditate fieri nequit, niſi omnes cives in plus quam barbaram ſervitutem detrudere velis; neque quibusdam ſaltim hujus ſocietatis membris, Clericis ſcilicet, utpote partem ſaltim ſocietatis conſtituentibus, *utpote* qui ſoli adeo finem hujus ſocietatis religioſæ obtinere nequeunt, ut potius, tanquam miniſtri omnium atque ſingulorum fini conſequendo operari debeant. Cum itaque dominium atque proprietas horum bonorum ad integrum Collegium ſive ſocietatem pertineat, ejus etiam erit, eligere, cui horum adminiſtrationem committere velit, cum nulli eorum, utpote omnium æqualium, jus ſpecialiter ſit quæſitum, niſi ab autoribus horum bonorum in commune ſocietatis bonum collatorum vel ab Eccleſiæ membris alicui jus tribuatur; Variam hinc fuiſſe adminiſtrationem horum bonorum inde â naſcentis Chriſtianiſmi temporibus, animadvertimus, ut modo â Presbiteris atque Diaconis, modo ab Advocatis, modo ab Epiſcopis atque Prælatis illam exercitam deprehendamus vid. latius id perſequentem Cel. Dn. Böhmerum in Jure Eccleſ. Prot. L. III. lit. VI. §. V. ſqq Quantis abuſibus hæc adminiſtratio tempore reforma-

formationis â Clero Romano geſta fuerit, qui ſibi ſoli omnia fere hæc bona vindicaverat, alibi expoſuimus. Hos abuſus ſublaturi Principes, utpote quibus ſuprema in omnia inſpectio ſemper ſalva eſſe debet, jure ſuo reformandi uſi ſunt, bonaque hæc uſurpationibus atque manibus Clericorum liberavere, partemque eorum ad uſus ſuos genuinos Eccleſiæ revocavere, partem vero ſeculi uſibus addixere; quo jure id ultimum factum fuerit p. l. dictum eſt.

§. 62.

Num ſtatus Protestantes bona Eccleſiaſtica Pontificiis ademta ſibi tanquam propria acquirere intenderint?

Cave enim credas omnia bona Eccleſiaſtica Statuum Imperii territorio ſubjecta, atque Clero ablata, ſeculo fuiſſe addicta; repugnat enim hoc experientiæ, repugnat etiam intentioni Statuum Evangelicorum, quibus repurgare Sacra, non tollere, Eccleſias ſive cœtus religionis cauſa ſociatos a tyrannide, ab uſurpationibus atque exactionibus Clericorum liberare, haudquaquam vero publicum eorum exercitium religionis inhibere fuit conſtitutum; id quod ſcholæ paſſim erectæ, dotatæ, ſalaria Miniſtris Eccleſiæ ex his bonis conſtituta, Hoſpitalia, Orphanotrophia paſſim erecta ſatis teſtantur. Cum Imperator Carolus V. per receſſum Imperii A. 1530. Statibus Proteſtantibus imputaret, quaſi Catholicorum bonis inhiarent potius, quam quod pietatis ac religionis haberent rationem, in propoſitione ad Cæſaris Legatum Granvellanum in conventu Smalcaldico „A. 1540. menſe Aprili ita inter alia reſponde„runt: bonam Proventuum partem ad Eccleſiæ „miniſteria convertimus, & in uſus eorum, qui

 vel

„ vel egeſtate vel adverſa valetudine premuntur, „ & in ludos quoque literarum. Et his quidem „ rationibus annui cœnobiorum cenſus nonnihil „ ſunt accisi: quicquid autem ex iis bonis reli- „ quum eſt, aſſervatur, ut ſit, quod in tenuio- „ res Eccleſias, in Sacerdotes egenos, & adole- „ ſcentes rei literariæ deditos erogari poſſit - - „ Quæ vero ſunt reliqua bona, non recuſamus „ ad pios & ſalutares uſus concedere, pro legi- „ timi Concilii, ſi quod erit, aut Imperii con- „ ventus arbitrio. Huc enim proprie pertinent „ Eccleſiæ facultates, ut & ſacræ literæ teſtantur. vid. integram repræſentationem apud Joh. Sleidanum L. XIII. p. 328. ſqq. nec non apud Hortled. de C. B. G. L. V. C. IX. p. 1286. Sane tot Scholæ, tot Gymnaſia atque Academiæ fuere fundatæ ex bonis his Eccleſiaſticis, ut longus contexendus foret catalogus in iis recenſendis; notum enim eſt, quid Sereniſſimi Saxoniæ atque Württembergiæ Duces circa hæc bona ordinarint; conf. ea, quæ habet B. Reinhard. in Medit. de jure circa ſacra C. IV. ubi inprimis notari merentur literæ Mauritii Elect. Saxonici ad Cardinalem Christophorum, Epiſcopum Tridentinum p. 298. (20) Nota ſunt ea, quæ Haſſiæ Landgravius, atque Brunſui-

(20) Falſiſſimum ſane eſt, quod vulgo multi exiſtimant, jure dominii Principes Proteſtantes poſt reformationem ſibi bona Eccleſiaſtica vindicaſſe. Lubet hinc ex actis majorem adhuc dictis fidem addere: Ita in conſilio de bonis Eccleſiaſticis Brunſuicenſibus A. 1538. Statibus exhibito ſequenti modo Proteſtantium mentem videmus expreſſam apud Hortled. de C. B G. L. V. c. 8. N. 6. art. I. Aus dieſem hat man ja nun überflüſſig zu erkennen/ daß dasjenige/ ſo je der Kirchen

Digitized by Google

Brunſuicenſes nec non Palatini Duces conſtitue-runt;

einmahl billich zukommen iſt / derſelbigen Kirche allweg eigen bleiben ſolle / und ihr davon mit keinen Fügen durch einige Curatur etwas begeben oder entfremdet werden mag / das werde unterſtanden / durch Kayſer / Pabſt und Biſchoff / oder wer die ſeyen / als nehmlich / daß ſie des Eigenthums entſetzt würde / oder auch zuſehen ſolte / daß jemands etwas davon wiſſe / das nicht aus rechtmäßigem Willen und Ordnung dieſer Kirchen geſchehe. n 9. pergitur: Die Natur lehrets doch / und wird alſo bey allen Menſchen gehalten / wo ein *Commun* und Gemein iſt / was dieſelbige überkommet / daß ſolches niemand / kein Diener oder Verwalter der Gemein ihm zueignen möge. Item daß ſolches auch den Fürſten und Obern der Gemeinden nicht zuſtünde. Dann ſo die Obern vorſehen ſollen / daß auch den beſonderen Leuthen / jedem das ſeine bleibe / und wo jemand das Sein entwendet iſt / wieder zugeſtellet werde / vielmehr ſollen ſie fürſehen / daß den *Commun*en und Gemeinden das ihre bleibe &c. art. II. ubi uſus horum bonorum docetur, hæc habentur: So iſt nun der Chriſtliche Gebrauch des Kirchen-Guts / daß man neben der Verſicherung des Kirchendienſts / nicht allein die Bettler / ſondern alle Nothdurfft der Menſchen / furnehmlich aber der Chriſten / und die gemein Nothdurfft verſehe = = = Alſo könnte man zu dieſer Zeit = = von dem übrigen die gröſſere Nothdurfft der gar Dürfftigen / und dann aber auch verordnen zur Nothdurfft gemeiner Regierung / zu Beſchützung Land und Leuth wider den Türcken / zu Erhaltung ehrlicher Geſchlechter / zuvor derjenigen / von deren Eltern der Kirchen etwas zukommen iſt. &c. fürſehen. Ne quis vero putet privati forſan hominis hanc eſſe mentem, videamus, quid ipſi Status Evangelici ſenſerint, qui in Duplica ad re-

runt; ut de bona ipſorum mente vix dubitari poſ-

plicam Oratoris Cæſaris Vice Cancellarii Heldii ita reſpondere apud Hortled. l. c. L. VII. c. 4. A. 1537. Wer der Kirchen und Chriſtlichen Verſammlung/ die Er etwan unter der Kirchen Nahmen innen gehabt/ begehret/ die doch niemand anders gebühren/ dann der Kirchen = = = der unterſtehet ſich ſolches mit Unrecht, und mit Geitz, und werden dieſelbigen Kirchen-Nutzungen billicher den rechten Kirchen-Dienern und den Armen ausgetheilt/ dann ſolchen gottloſen Verführern. n. 29 pergunt ſtatus: Dann wir unterhalten davon noch/ Edel- und unedel-dürfftige Perſonen/ Schulen Kirchen Diener Spitäle und dergleichen/ und wollen/ ob GOtt will/ damit zu Unterhaltung armer Leute/ Schulen Kirchen-Diener/ und andern/ das zu Beförderung des Evangelii und gemeinen Fridens/ Rechtens und Nutz dienlich iſt/ und dann mit den übrigen/ ob diß etwa ſeyn würde/ dermaſſen gebahren/ daß wir zu GOtt hoffen/ unſers Theils davon beſſer Rechnung zu geben/ dann der vermeinte Geiſtliche Stand/ von ihrer *Adminiſtration* und Verſchwendung der Kirchen-Güter und Einkommen ꝛc. ꝛc. Legitur etiam Philippus Magnanimus reſpondiſſe aliquando Nobili Miniſtro bonum Eccleſiaſticum ſibi dari petenti: Wo können wir dazu kommen/ daß wir ein ſolch Gut ſchencken/ iſt es doch nit unſer, ſondern GOttes und ſeiner Kirchen ꝛc. ꝛc. Dubium ſane non eſt ante pacem religioſam eam communem fuiſſe Statuum Evangelicorum mentem, quam Tilemannus Heshuſius tunc ſuperintendens Goslarienſis expreſſit literis ad amicum datis A. 1554. Eine gottſeelige Obrigkeit hat Macht die Kirchen zu verſorgen von den Gütern/ und die Beſoldung davon zuſetzen/ nicht darum/ daß Sie darüber Herrn ſeyn, ſonder Schützer/ als ein Vorſteher/ welcher/ ſo Er gleich von Amts-

poſſit, quam habuere in reformanda Eccleſia.

§. 63.

wegen / die Güter eines Waiſens austheilet und darumen nicht Herr darüber iſt. vid. Hortled. l. c. L. V. c. 28. p. 1398. ſeqq. conſ. ib. c. 27. nec non ordinatio Joh. Friderici Elect. Sax de A. 1545. ib. c. 22. p. 1367. & ſupplicatio Landgravii Haſsiaci ad Cæſarem in Sachen die Commenthur zu Marpurg belangend ib. c. 20. p. 1365. ejusque apologia adverſus Henricum Brunſuicenſem jun. p. 1016. c. 7. L. IV. ubi recenſet, in quos uſus bona Eccleſia converterit. His Principiis Statuum Proteſtantium obtinentibus, Pax religioſa fuit concluſa, ubi Proteſtantibus poteſtas fuit facta de bonis his diſponendi, publicumque religionis exercitium in ſuis terris ordinandi; ita tamen, daß es bey der Verordnung / wie es ein jeder Stand mit obberührten eingezogenen und bereits verwendeten Güthern gemacht / gelaſſen werden §. 19. Dieweil aber Imo daß von ſolchen obgenannten Güthern die nothdürfftige miniſteria der Kirchen / Pfarreren und Schulen / auch die Allmoſen und Hoſpitalia, die ſie vormahls beſtellt / und zu beſtellen ſchuldig ꝛc. verſehen werden / uneracht was Religion die ſeyen. §. 21. Als auch den. Meretur etiam hic addi conſtitutio Sereniſſimorum Würtembergiæ Ducum in Ordin. Eccleſ. p. 415. quæ plane ſapientiſſima eſt; Dieweil obgemeldter Stifftungen Gefäll und Einkommen in der Kirch / um Verrichtung GOttes und Sachen (immaſſen man damahlen darfür gehalten) ergeben / ſoll daſſelbe nach erkannter Wahrheit und eröffneten Licht des Worts GOttes billich der Kirchen / und derſelben Chriſtlichen Miniſterien anhangenden / und zugehörigen andern Sachen und Nothfall zu Steuer / Hülff und Gütern kommen; wie dann auch unſere endliche Meynung und Wille / daß ſolches alles bey der Kirche ungemindert oder geſchmählert / dieſer unſerer Ordnung / ewiglich und unwiderrufflich alſo bleiben / und deſſen Räthe bey ihren Eyden und Pflichten dabey

§. 63.

An ſubditis pace religioſa in bonis Eccleſiaſticis nihil juris quaſitum fuerit?

Si quis miratus fuerit, hæc omnia tam operoſe hucusque fuiſſe aſſerta, mirari forſan deſinet, ſiquidem animadvertit, quo fine hæc facta fuerint. Scilicet id ſcire atque intelligere exiſtimo intereſſe; num Pace religioſa bona Eccleſiaſtica Principibus atque dominis territorii ſolum ceſſa fuerint, non vero ſubditis Evangelicis? An ſubditi quicquid habent juris, precario habent, ad lubitum ipſis iterum auferendum, nulla illorum injuria, quamprimum principi mutare religionem placuerit? An Principibus integrum ſit bona Eccleſiaſtica in formam patrimonialium redigere, ut pro lubitu de illis diſponere poſſint, cuicunque religioni ſint addicti? magnum enim momentum has quæſtiones rite evolutas conferre juri reformandi, quis negaverit, qui eorum, quæ in Germania aguntur, gnarus eſt. Quod primum ergo attinet, fateor me Ill. quondam Hennigeſio aſſentiri non poſſe, qui in ſuis Medit. ad Inſtr. P. p. 834. Neque enim, inquit, „ſubditi fuere, quibus tranſactione Paſſavienſi & „Pace religioſa templa & reditus relicti, ſed „Principes & Status, in quorum gratiam cede„re illa Catholicos oportuit. Iſti quidem hæc „iterum impendebant magnam partem curandis „& exornandis ſuis ſacris, ſed propterea non cedebant

alſo halten ſollen &c. quæ ſi ſolicite obſerventur, cumque illis conferantur, quæ Ill. Dnus Thomaſius de his ipſis Bonis in Diſſ. de natura bonorum Eccleſ. ſeculariſatorum aſſeruit, facile cuivis patebit, in quantum veritatem attigerit.

„debant ſuo jure, aut in ſubditos illud transfere-
„bant, apud eos perpetuo manſurum. Princeps
„erat diſpenſator liberrimus, ſubditi beneficiis
„ejus fruebantur, prout quemque religionis fa-
„vor commendabat. Hinc de jure, de poſ-
„ſeſſione ſubditorum in his rebus usque ad Pa-
„cem Weſtphalicam altum ſilentium, uti omnis
„procuratio Sacrorum ad Principem ſpectabat,
„ita penes eundem erat, quæ templa cuique com-
„munitati, quas item penſiones & reditus aſſi-
„gnare voluerit. Si nulla eſſet hujus aſſerti alia
„probatio, certe unicum hoc nobis poſſet
„ſatisfacere, quod ex pace religioſa ſubditis di-
„verſæ religionis contra perſecutionem Domino-
„rum ſuorum, quoties illos ad mutanda Sacra co-
„gere volunt, non aliud fuerit præſidium, quam
„libertas emigrationis, à qua prohiberi non de-
„bent. Quid hoc flebili beneficio opus, & qui-
„dem in gratiæ locum, ſi exercitium ſuæ reli-
„gionis, ſi templa, ſi reditus in ſua poteſtate
„ipſi habuiſſent, idque jure ſuo, nec alieno arbi-
„trio notabili. -- Quodſi, pergit auctor, porro ad
„originem redituum Eccleſiaſticorum reſpicimus,
„res adhuc clarior fit. Nimirum ante tempora
„reformationis, cum in Sacris ſolus regnaret
„Clerus, neque ipſi Principes contra tam formi-
„doloſum dominatum mutire auderent, facile in-
„telligitur, populo nihil eſſe relictum, quod is
„ſibi arrogaret, dotare Eccleſias, & opibus bea-
„re cuique licuit: quæ autem ſemel data ſunt
„illa deinde attrectare quacunque cauſa velle
„piaculum erat quovis ſacrilegio gravius. Su-
„pervenit Lutherus, docuitque Principes, quid
ſua-

„ ſuarum ſit partium in regendis Eccleſiis & cen- „ ſura Eccleſiaſtica. Tum quidem Principes occu- „ pare monaſteria reformare Monachorum mores, „ & reditus eorum ad alias pias cauſas, quæ de- „ inde pax religioſa rata habuit & confirmavit. „ Sed hic iterum ſubditis nihil quæſitum, quod „ ſuum dicerent, ſibique proprium &c. hactenus „ Ill. Dnus Henniges, cujus verba ideo integra adduxi, ut quid ſibi velit, penitius intelligatur; paulo enim inferius expreſſe defendit *bona Eccleſiaſtica fuiſſe* in Principis *patrimonio*, cujus uſus precarius ſubditis fuerit conceſſus, ad lubitum revocabilis, utpote quod ad sereniſſ. Electores Palati- „ nos Reform. religionis applicat. Sed oſtendimus „ in §phi andecedentis nota intentionem nun- „ quam fuiſſe ſtatuum Imperii, bona Eccleſiaſtica „ ut propria ſibi vindicandi; utpote quorum do- „ minium omnino Eccleſiæ ſuæ, ſed territorio ſuo „ circumſcriptæ credebant eſſe proprium, ſibi vero „ eorum adminiſtrationem atque ſupremam inſpe- „ ctionem competere defendebant, utpote territorii dominis, maxime poſtquam pace religioſa ſuſpenſa fuerat jurisdictio Eccleſiaſtica, ut tantum jam ſibi convenire poteſtatis exiſtimaverint, quantum olim competiit Epiſcopis. *(21.)* ſiquidem ergo id

(21.) Ita enim Evangelici in argumentis ſuis, quod per per reformationem monaſteriorum non videtur pax religioſa, apud Lehm. in Actis de Pace relig. P. III. p. 375 inquiunt: Solchen von GOtt empfangenen Obrigkeitlichen Gewalt / haben die Kayſerliche Majeſtät auch Churfürſten und Stände bey Verfaſſung des Religion-Fridens/ und bevorab in der ſuſpenſione Eccleſiaſticæ jurisdictionis, die Conſtitution, Reformation, viſitation und inſpection derjeni-

id unquam intenderunt, nec ſibi hanc poteſtatem Pace religioſa fieri petiere; an putas illam â Catholicis ſponte illis oblatam vel obtruſam fuiſſe? ſane omnium rerum te ignarum proderes, ſi quidem hoc tibi in mentem veniret. Jus atque poteſtas diſponendi atque diſpenſandi hæc bona ſtatibus Imperii omnino concedebatur, ſed hoc jus dominium nondum involvit, cum alios penitus excludere nequeat, quibus adhuc jus eſt quæſitum. Naturam horum bonorum Evangelici immutatam haudquaquam volebant eſſe, ſed reformatam, dominio Cleri, quod ſibi vindicaverat perperam, ereptam, Eccleſiæque atque piis uſibus reſtitutam; ſupra autem oſtendimus bona Eccleſiaſtica eſſe in dominio illius coetus, qui religionis cauſa ſociatus eſt, eſſe ergo collegialia, ſive univerſitatis; adminiſtrari ergo poſſe ab uno alteroque membro Eccleſiæ, ſive â quibusdam, ſal-

V va

gen aufgetragen/ und heimgeſtellt/ deme es jure communi, ſublato gravi illo impedimento, Eccleſiaſtica ſcilicet jurisdictione, vor Alters gebühret hat. Nemo vero Epiſcoporum Catholicorum unquam ſibi dominium bonorum Eccleſiaſticorum vindicavit, utpote quorum adminiſtrationem ſibi ſolum propriam eſſe voluere, imo nequidem Papam omnium bonorum Eccleſiaſticorum prætendere, licet nimia adulatio ei hoc tribuat, neque Theologos id tolerare poſſe, neque Canones atque Canoniſtas meliores, qui ſolam adminiſtrationem & juſtam diſpenſationem Papæ tribuunt, multis probat Antonius de Dominis de Republ Eccleſ. P. III. L. IX. C. VIII. paſſim. Quis ergo crederet optimos Principes Evangelicos ſibi id dari poſtulaſſe pace religioſa, quod omnes boni inter ipſos Catholicos nec in Papa nec Epiſcopis tolerare potuerunt.

va ubique ſuprema Imperantis inſpectione, moderatione; hanc adminiſtrationem cum ſuprema inſpectione Pace religioſa Imperantibus Imperii Evangelicis videmus collatam atque reſtitutam; dominio veteri atque genuinæ ſuæ naturæ relicto. Ratio autem atque hiſtoria ſatis loquuntur, Principes atque Viros potentes ea mente atque intentione Eccleſias fundaſſe & dotaſſe, ut cultus divinus celebrari, miniſtri Eccleſiæ ſuſtentari, fideles pauperes ali, ædesque ſacræ conſtrui atque conſervari poſſent; atque ita dominium â dominis conantibus in cœtum fidelium illius Eccleſiæ, cui data erant, tranſiiſſe apparet, utpote qui ea perpetuo ibi eſſe, piisque uſibus inſervire voluere. Cave autem credas cœtum fidelium ſive Eccleſiam, ſolos Epiſcopos, Prælatos atque ſacerdotum collegia conſtituere. Jam cum hi cœtus ſponte veritati Evangelicæ accederent, exinde nihilquicquam de dominio ſuo amiſere, neque ea in re reformatione opus fuit; ſed cum Clerus ſibi hæc bona ſolus vindicaret, cum Evangelicos ab uſu horum bonorum excludere vellet, tunc ſane officii Imperantium erat ſuos defendere ſubditos, bona ipſis erepta vindicare, atque ab uſurpationibus Cleri liberare; (22) falſum ergo omnino eſt ſubditis

(22) Quanta tamen etiam hic moderatione uſi fuerint Proteſtantes apologia Philippi Magnanimi contra Henricum jun. Brunſvicenſem apud Hordled. de C. B G. L. W. C. VII n. 11. Satis teſtatur, ubi hæc habentur: Das mögen wir ſagen / daß wir kein Cloſter in unſer Verſehung genommen / es ſey geſchehen mit des mehrentheils / ſonderlich der Prälaten und Prälatin Wiſſen / Verwilligung und Erkant-

ditis nihil juris in bonis Eccleſiaſticis atque templis fuiſſe quæſitum Pace religioſa; de dominio enim non contendebatur, utpote quod Eccleſiæ ſive cœtui fidelium proprium utraque pars litigantium defenderat, in eo ſaltim diverſorum, quisnam ſit ille cœtus fidelium, cum Catholici ſuæ religionis ſocios ſolum hujus dominii capaces putarent; Sed de adminiſtratione, diſpenſatione, fructuum perceptione, atque ſuprema inſpectione, horum bonorum lis erat, Evangelicis talia ſibi adſerentibus, Catholicis vero Epiſcopis hæc omnia privative competentia eripi conquerentibus. Hæc lis jam fuerat ſublata Pace religioſa, ſuſpenſa jurisdictione Eccleſiaſtica, bonis atque templis à Proteſtantibus occupatis, jure Epiſcopali exemtis, ſtatuumque Evangelicorum diſpoſitioni ſubjectis, ſalvo ſane ubique jure, quod ſubditis competiit. At ais: quo jure quæſo ſtatibus jus eſt indultum injungendi emigrationem ſubditis â ſua religione diverſis, ſiquidem ipſis aliquod jus fuerat quæſitum in bonis Eccleſiaſticis atque templis? Sed cui quæſo hæc emigratio neceſſaria ſuam debet originem? An unquam illam Proteſtantes in Pace Religioſa fundatam agnovere? quantum enim contra eam ab Evangelicis pugnatum fuerit, notiſſimum eſt; nota etiam ſunt, quæ pro declaratione Ferdinandea à Proteſtantibus ſemper fuerint in medium prolata, de quibus Acta Lehmanni, nec non Burcardi Avtonomia ſatis ſuperque loquuntur.

nus/ gar wenig Perſonen ausgeſcheiden/ mit denen wir uns hernach verglichen haben / und alſo die Güter mit ihrem Willen/ und Verſehung der Perſohnen / ohne einigen Gewalt angenommen.

Digitized by Google

§. 64.

objectio removetur.

Ponamus etiam hoc, conſenſiſſe Status Proteſtantes in emigrationem neceſſariam ſubditorum, qui à Principis religione diſſentiunt; nondum tamen ſequitur ſubditis nihil juris fuiſſe in bonis Eccleſiaſticis: Poſſunt enim cives ob delicta republica expelli, & tamen dici nequit, quod nihil ipſis juris ſit ad res uuiverſitatis, quæ omnibus ſunt communes. Dic ergo ſingulos interdum coactos fuiſſe emigrare; manſit tamen dominium rerum Eccleſiaſticarum penes univerſitatem; dic totam univerſitatem ſive cœtum religionis cauſa ſociatum mutare religionem, diverſamque à Principis ſacris amplecti, Proteſtantes ſane nunquam admittent, Principem ſuo officio ſatisfacere, ſiquidem hos homines expellat, omnibusque ſuis juribus in republica quæſitis privet (23) licet Catholici id

(23.) Quod Evangelici ob religionis mutationem bonorum Eccleſiaſticorum amiſſionem haud voluerint admittere, ſatis exinde apparet, quod contra Reſervatum Eccleſiaſticum tantopere ſemper pugnaverint. Catholici quidem ſemper defenderant, Eccleſias iis omnibus adimendas eſſe, qui vel levi agumento à judicio Catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deviare C. de ſacris Eccleſ. Sed alia fuerat mens Proteſtantibus; quæ vix melius poteſt cognoſci, quam ex med is, quæ gravaminibus in tractatibus *Pacis* Weſtphalicæ propoſitis, adhiberi voluerant, ubi ad Grav. I hæc inter alia proponebant: 12. Solte aber ein Catholiſcher Ertz = oder Biſchoff / ſambt dem allgemeinen und gröſten Theil des Capitals / ſich Gewiſſens halber zu der evangeliſchen Religion bekennen / ſo erfolgt aus dem Religion = Friden / daß auf ſolchen Fall Jure Superioritatis eine Chriſtliche Reformation könne vorgenommen werden / doch daß an denen Orten /

Digitized by Google

id defendere ſatagant; Imo ſiquidem id faceret, V 3 tunc

wo Land-Stände von ſolchen juribus participiren/ in die anſtellende Reformation mit verwilligen. 13. Solte ein Catholiſcher Ertz-oder Biſchoff/ Prälat/ Thumherr/ Canonicus und Ritter-Ordens-Perſonen/ ſo immediat ſeyn/ für ihre Perſon allein/ oder mit wenigen deren zur Evangeliſchen Religion tretten/ ſo hätten zwar dieſelbe kein jus reformandi, müßten aber ad dies vitæ bey ihren Dignitäten/ Pfründen/ Land und Leuthen unbetrübt gelaſſen werden. = = = Solten auch 14. die Catholiſche Capitul einen Evangeliſchen zum Ertz-Biſchoff und Prälaten erwehlen/ ſo kommt demſelben das jus reformandi ebener maſſen nicht zu: admittunt tamen ejusmodi Prælatis liberum exercitium religionis in ſuis ſacellis vid. Contreii Obſ. ad P. R. p 314. ſqq. Imo agnoſcunt ipſi Catholici in reſponſione ad gravamen III. quod Proteſtantes petierint inſeri paci religioſæ hæc verba: daß doch alle Unterthanen beyder Religion ihres Gewiſſens und Bekanntnuß halber von ihrer Obrigkeit freygelaſſen werden l. c. p. 301. quod multis ſane urgent Evangelici in gravamine III. ib. p. 299. ſeq. Imo quod magis eſt, quodque omnem hanc controverſiam dirimit, petunt Proteſtantes hoc ipſo in gravamine; daß denen Evangeliſchen Graffen/ Freyherrn/ Ritterſchafft/ Städten/ Communen und Unterthanen/ ſo unter Catholiſcher Obrigkeit geſeſſen und gelegen/ alle Kirchen/ Schulen/ Hoſpitalien/ und darzu gehörige Gefälle und Einkünfften/ wie auch ihre eigne Güter/ die ihnen von dem Religion-Friden an biß hieher abgetrungen oder vorenthalten worden/ billich plenarie reſtituirt/ und in den Stand geſetzt/ darinnen die Deſtituti ſich A. 1618. zuvor befunden. vid. Cortrejum c. l. p. 316. Jam ſi ſubditis nihil juris in bonis Eccleſiaſticis pace religioſa quæſitum fuiſſet, quomodo quæſo Proteſtantes id petere auſi fuere? Puto itaque omni exceptione majus eſſe, ex mente Statuum

Digitized by Google

tunc jura atque bona ſubditorum expulſorum Princeps ſibi acquireret jure fiſci, cui redeunt bona derelicta atque punitorum; non ergo jure dominii ſibi ea vindicaret, quod antea habuerat, ſed jure Imperii, per modum pœnæ, ſubditis demum ablatæ. Nec majus robur habet quod Ill. quondam Henniges adſtruit ante tempora reformationis nihil juris in templis atque bonis Eccleſiaſticis relictum fuiſſe ſubditis â Clero, omnia ſibi vindicante. Hoc enim nihil ad rem facit, fuere enim hi abuſus, quos reformare intenderant Proteſtantes, imo fuit hæc fere maxima cauſa, quæ dudum ſtatuum Imperii animos Eccleſiæ reformationi attentos reddiderat; quod ſi vero jam omnia ſibi vindicare voluiſſent Proteſtantes, quorum uſurpationem in Clero ſummopere indignabantur, quo quæſo jure cauſæ juſtitiam defendere potuiſſent? Cæterum jam ſupra annotavimus, eam non eſſe Pontificiorum mentem, quaſi Clerus ſit dominus horum bonorum, eaque ſibi habeat propria; adeo enim patres atque concilia proprietatem Clericorum ſunt abominata, ut pro Clerico non habuerint eum, qui non contentus ſua honeſta ſuſtentatione, ex bonis communibus Eccleſiæ, ex iisdem proprium habere voluerit. (24)

§. 65.

Proteſtantium ſubditis omnino aliquid juris competiiſſe in bonis Eccleſiaſticis per pacem religioſam; facile etiam eſſet ex modo dictis probare, jus reformandi ex Proteſtantium mente absque ſubditorum conſenſu exerceri haud poſſe, ſed ad alia erit progrediendum.

(24.) Ita Gratianus poſt allatas aliquot auctoritates concludit his verbis: His omnibus auctoritatibus claret, „ quod Clericis nullo modo licet habere quid proprium

§. 65.

Atque ita facile etiam apparet, quid de illa quæſtione ſit ſentiendum, num bona Eccleſiaſtica hodie Statibus proteſtantibus quæſita allodialia ſint, an feudalia? Velim ante omnia denuo notes I. mihi de bonis mediatis, non immediatis hic ſermonem eſſe; II. hæc bona hodie duplicis eſſe qualitatis, cum nonnulla revera ſeculi uſibus fuerint deſtinata, atque, ut vocant ſeculariſata; alia vero ſcholis, academiis, Eccleſiis atque piis corporibus collata â Principibus proteſtantibus. *Principi hæc bona haud allodi alia eſſe defenditur.*

„quod ſi habuerint, non Clerici erunt c. 12. q. 1. c. habebat. In Concilio Carthaginenſi IV. c. 31. & Babilon. 2. c. 6. illa regula generalis fuit conſtituta: „Ut Epiſcopus rebus Eccleſiæ tanquam commendatis, „non tanquam propriis utatur. Imo ex Cajetano „22. q. 43 ar. 8. M. Antonius de Dominis L. IX. C. VII. de Republica n. 35. hoc adducit: Ne putes „propterea quod Papa habet plenitudinem poteſtatis „Eccleſiaſticæ ob hoc poſſit de bonis Eccleſiæ diſpo„nere, ſicut poteſt Eccleſia, quoniam plenitudo po„teſtatis Eccleſiaſticæ ipſius Papæ intelligitur in ſpiri„tualibus tantum. Et poſt pauca: unde ita tenentur „ad reſtitutionem, qui à Papa bona Eccleſiæ pro libito „Papæ habuerunt, ut ditentur, exaltentur, & magni„ficentur, ſicut qui ab aliis Prælatis bona Eccleſiæ acceperunt. Hinc probe inter ſe diſcernenda dominium atque ſuprema poteſtas; hæc olim penes Pontificem Romanum atque Epiſcopos eſſe credebatur; illud vero ſemper Eccleſiæ proprium: hodie vero inter Evangelicos jura Pontificum atque Epiſcoporum ſunt extincta, ſupremaque poteſtas Imperantibus ceſſit pace religioſa, quæ ſæpiſſime â male rem comprehendentibus pro dominio fuit accepta. Vid. hæc diſtinguentem pariter Schilter. Inſt. Jur. Can. L. II. T. VI. §. 1. lit. a.

Digitized by Google

De utroque genere bonorum Pontificiis ablatorum propria Principum autoritate, ſequentia habet Vir in omni literarum genere dudum celeberrimus:
„ Sunt hæc omnia quidem allodialia, ſed non æ-
„ quali gradu. In iis enim, quæ ad fiſcum ſuum
„ Princeps retulit habet dominium plenum i. e.
„ poteſtatem etiam percipiendi utilitatem; in iis,
„ quæ ad pios uſus deſtinavit, retenta adminiſtra-
„ tione immobilium, non quidem actu percipit
„ uſum, habet tamen jus percipiendi, quando-
„ cunque velit, quia *datio uſus ad pias cauſas*
„ *tum eſt res mera liberalitatis ſemper revoca-*
„ *bilis*, adeoque parum differunt talia bona â bo-
„ nis, quæ ſunt in plena proprietate. Bona Ec-
„ cleſiis donata & tradita exierunt ex dominio
„ Principis privato, manent tamen in dominio
„ ejus eminente, quod & ipſum manet allodiale,
„ quia â nemine id Princeps in feudum recognoſcit.
„ Eadem eſt ratio bonorum Miniſtris ſecularibus
„ in allodium datorum. At in feudum ſi dederit,
„ manebit tamen dominium directum, quod reti-
„ nuit, res allodialis. Simul vides, quod bona
„ Pontificiis ademta, & ad pias cauſas translata
„ non ſint quidem ſeculariſata, ſed tamen hoc non
„ obſtante ſint allodialia, tam intuitu Principis,
„ quam intuitu Eccleſiæ, quia hujus reſpectu non
„ ſunt nullius, ſed in ejus dominio privato. Un-
„ de ſimul nota: ut non omnia bona ſeculariſa-
„ ta ſunt allodialia, ſed quædam etiam feudalia;
„ ita vice verſa nec omnia allodialia ſunt ſeculari-
„ ſata aut profana, ſed allodialia pariter ſunt vel
„ Eccleſiaſtica vel profana. Si quæras, quo ef-
„ fectu hæc defendantur? reſpondet modo dictus

Auctor

Digitized by Google

Auctor Celeb: Ergo ſtatus ipſi Proteſtantes, qui „ bona Eccleſiaſtica, vel etiam ſeculariſata ut al- „ lodialia poſſident 1. alienare poſſunt utraque „ absque neceſſario conſenſu Imperatoris & a- „ gnatorum, ſive de alienatione inter vivos ſit „ quæſtio, ſive de alienatione per ultimam volun- „ tatem. 2. bona ſeculariſata allodialia trans- „ eunt ad hæredes allodiales. „

§. 66.

Sed cum pace dixerim Viri tantis meritis graviſſimi, quem omni cultu proſequor, totam hanc rem illi inniti quæſtioni? num Principes reformando Eccleſiaſtica Pontificiorum, eo apprehenderint animo dominium ſibi acquirendi. Exiſtimo autem omnino hoc abunde ex ſupra dictis liquere talem animum Principibus Proteſtantibus non fuiſſe, utpote ſupremam in ea poteſtatem atque adminiſtrationem ſibi vindicare cupientibus, haudquaquam vero dominium, quod communi ore Eccleſiæ ſive univerſitati ſuorum territoriorum volebant eſſe proprium, maxime quantum ad bona Pontificiis ademta, piisque Evangelicorum uſibus deſtinata; ubi ſane nihil immutatum voluere in natura horum bonorum ſed ab uno religionis cœtu ad alium, ſuæ maxime religioni addictum ea transferre nitebantur, Quantum vero ad ea attinet bona Eccleſiaſtica, quæ ſeculariſata fuere; fateor ſane me & hic malle Tubingenſibus accedere Juris Conſultis (25) qui nec hæc quidem allodialia

(25.) Jam aliquoties hanc quæſtionem motam fuiſſe „ liquet ex conſilio Harpprechti, ubi JCti Tubingenſes

lodialia eſſe admittunt Principi. Id facile admiſerim omnia bona eſſe vel allodialia vel feudalia; ex natura rei omne prædium allodiale præſumi, cum feudalis qualitas ſit adjectitia, ex facto orta, hinc probanda; ſi ergo feudum probari nequit, præſumitur prædium allodiale ſive liberum, feudalis autem qualitas in bonis ſeculariſatis omnino haud facile probabitur; admitto ergo illa eſſe allodialia, ſed non principi, verum collegio atque univerſitati; ante reformationem enim abſque dubio fuere propria Eccleſiæ, ſi allodialia dixeris, neque ita aberra-

„ Conſil. XII. n. 22 inſerunt ſequentia: Licet enim „ bona iſta Eccleſiaſtica feudalia non ſint; quia tamen „ cum ipſo territorio feudali ad ſolos filios, fratres vel „ agnatos jus territoriale tranſit, & conſequenter „ etiam cura circa Sacra, ſive poteſtas Eccleſiaſtica ex- „ terna, & jus Epiſcopale eidem annexum, proinde „ etiam ad illos ſolos ejusmodi bona, eorumque admi- „ niſtratio vi juris illius territorialis ſive Superioritatis ſpe- „ ctat; filiæ vero vel aliæ cognatæ, licet in allodialibus „ & patrimonialibus una cum filiis ſeu agnatis ſucce- „ dant; quia tamen ipſæ de territorio feudali & jure „ territorii eique annexo jure Epiſcopali nihil partici- „ pant, ea propter nec de bonis illis Eccleſiaſticis, eorun- „ demque adminiſtratione quidquam petere poſſunt, „ quippe quæ ut dictum, juri territoriali & Epiſcopali annexa eſt. Excipiunt tamen prælaudati JCti c. l. n. 35. ſeqq. caſum, ſi non amplius ſub qualitate priſtina detineantur, ſed plene in patrimonium privatum jam olim tranſiverint, poſſeſſores libere de iis diſpoſuerint, & Eccleſiis aliunde jam ſatis proſpectum fuerit. Cæterum in genere de natura bonorum Eccleſiaſticorum, apud Proteſtantes hi ipſi Juris Conſulti Tubingenſes optime mihi philoſophari viſi fuere in Concilio XIII. B. Harpprechti p. 279. n. 32, quibus plane ea in re ſubſcribo.

aberraveris; rectius tamen mea ſententia fidei commiſſaria dominium mutare Principes haud intenderunt, ergo ſi qua mutatio in his bonis facta fuerit, illa erit probanda; quæ probari nequit, illa nec facto fuiſſe præſumitur. Probari autem poterit 1. olim ſolum Clerum horum bonorum adminiſtrationem ſibi adſcripſiſſe, poſt reformationem vero Principes eam ſibi vindicaſſe, 2. uſum ſolum olim ad Eccleſiam Romanam redundaſſe; poſt reformationem vero uſibus profanis (de illis enim jam loquor bonis, quæ ſeculariſata fuere, non illis, quæ Eccleſiaſtica manſere) ea adhibita fuiſſe. 3. Siquidem profanis uſibus fuerint adhibita, ſub prætextu utilitatis publicæ id factum fuiſſe ſubque proteſtatione, ſe nolle in privatum commodum ea convertere, ex Actis docuimus; Ex his omnibus autem colligi nequit, quod principes ſibi dominium eorum acquirere voluerint, cum hæc omnia facta potius animum adminiſtratoris, quam domini ſignificent. (26) Imo licet etiam plus exinde

(26.) Nec eſt, quod quis arguat ex effectu, Principes ea bona patrimonio ſuo adjunxiſſe, cum illa alienarint, inque allodium vel feudum aliis conceſſerint; An non enim ſæpiſſime experimur â regnorum atque Ducatuum Adminiſtratoribus ea bona aliis in feudum vel allodium concedi, quæ in ipſorum dominio non ſunt; an non frequens Germaniæ praxis eſt, ea bona ab Epiſcopis aliis concedi, quæ ſane ipſorum dominio privato omnino ſunt exemta? quid ſi dicamus etiam id de facto contigiſſe; omne enim factum jus haudquaquam arguit; hinc omnino in quæſtione eſt, an talia facta validitatem habeant? an à Succeſſoribus revocari nequeant. Si putaveris, ſtatum controverſiæ mutari, ſi

exinde ſequi videatur, id erit in quæſtione, an jure id factum fuerit; licet enim oſtendi poſſet, Principes hæc bona alienaſſe, circa ea teſtamento diſpoſuiſſe &c. ſemper ſane inquirendum erit, quousque bona Univerſitatis, ipſius adminiſtrationi commiſſa, ejusmodi Principis diſpoſitionibus ſint ſubjecta. Tam facile ſane mihi perſuaderi non patior, emtorem in rebus Eccleſiaſticis, licet ſecu-

Principes ſtatuantur animum ea bona ſibi habendi non habuiſſe, ſed reditus eorum in pios uſus convertendi; cum idem illud ſit, ac ſi nulla admitteretur ſecularisſatio. Reſpondeo 1. Secularisſationi locum fore, etiamſi Principes dominia horum bonorum ſibi non vindicaverint, cum ad ſecularisſationem ſufficiat, redituum Eccleſiaſticorum ad profanos uſus revocatio atque deſtinatio, manente priori dominii ſtatu. 2. Quod vero alterum attinet, an intentio in pios uſus convertendi hosce reditus, ſecularisſationi obſtet? ſupra jam annotavimus eam fuiſſe Proteſtantium mentem, non minus pie conſumi hosce reditus, ſiquidem ſuperflui neceſſitatibus Reipublicæ, nec non hoſtibus profligandis adhibeantur; refert ſane hos duos uſus Elector Saxoniæ Mauritius in literis ad Cardinalem Chriſtophorum Tridentinum Epiſcopum apud Reinhard in medit de jure Principum circa Sacra ante reform. C. IV. p. 198. ubi recenſet, quibus uſibus in ſuis terris bona Eccleſiaſtica fuerint deſtinata: die verledigten geiſtliche Güter zu GOttes Ehre/ Beſſerung unſerer Univerſität zu Leipzig/ auch zu etlichen Schulen/ Zucht und Lehre der Edlen Jugend/ und zu Unterhaltung der Kirchen-Diener gewendet/ auch zu Beſchützung unſeres Lands/ und zu Beſoldung des Kriegs-Volcks wieder Käyſerl. Majeſtät. Feinde. Conf. Dni Böhmeri Jus Eccleſ. Proteſt. L. III. Tit. XXIII. §. 51.

ſeculariſatis, â Principe alienatis ſtatim eſſe ſecurum, quamvis alias, qui â fiſco aliquid emit, ſtatim ſecurus ſit 1. 2. C. de quadr. præſcr. §. ult. J. de Uſuc quamvis etiam nolim cum B. Brunnemanno rationem petere ex l. 8. c. 16. q. 3. ubi generaliter prohibitum eſt, ſub pœna Sacrilegii, ne perſona ſecularis res Eccleſiæ â poteſtate Præſulum ſubtrahat; cum per ſeculariſationem jam omnis vis Juri Canonico hac in cauſa fuerit ademta. Sufficit generaliter negaſſe illa bona ad fiſcum Principis pertinere; negaſſe illa eſſe in patrimonio Principis, cum probaverimus illa eſſe in patrimonio Univerſitatis. Anne minor erit favor horum bonorum, quam quidem domanialium, ego ſane haud exiſtimo. Sponte ergo id corruit, quod bona hæc ad hæredes allodiales tranſeant.

§. 67.

Redeo potius paucis adhuc ad ea bona Eccleſiaſtica Pontificiis ademta, quæ ſacris uſibus â Principibus Proteſtantibus ſunt deſtinata, ſuntque adhuc Eccleſiaſtica. Miror ſane id potuiſſe Viro celeberrimo, quem ſupra me venerari teſtatus ſum, in mentem venire, conceſſum uſum ad pias cauſas hiſce in bonis, meræ eſſe liberalitatis, ſemper revocabilis; habere Principem jus uſum percipiendi, quandocunque velit; adeoque parum differre hæc bona â bonis, quæ ſunt in plena proprietate. Sed præſuppono jam dominium horum bonorum ſtatibus Proteſtantibus haud competere

Qualia ea ſint bona Eccleſ. quæ poſt reformationem à Principibus proteſt. Sacris uſibus ſunt deſtinata

Digitized by Google

petere (27) Et urgeo jam ſequentia : Cur Eccleſiaſtica bona occupata â ſtatibus Imperii in ea ordinatione, quam quisque ſtatus de occupatis & jam applicatis bonis fecerit, permanere jubentur in Pace religioſa art. VI. Dieweil aber ꝛc. cur ſtatus Ec-

(27.) „Nullus dubito hic meá facere Cel. JCt. Böhmeri „verba, qui plane aliter hac in re philoſophatur, „quanquam ratione bonorum ſecularifatorum idem „cum noſtro Auctore ſentiat. Ita vero ille L. III tit. V. „Juris Eccl. Prot. §. 31. Sicut vero, inquit, gravi„ter peccaret in prima jurisprudentiæ principia, qui „res univerſitatis, vel quæ in ejus patrimonio eſſe di„cuntur, illis, quæ juris publici ſunt, adjungere, vel „dominium earum Principi aſſerere vellet, ita æque „mihi impingere videntur, qui rerum Eccleſiaſticarum „dominium ad Principem vel rempublicam delegare „volunt. Ex jure circa Sacra nulla proprietas rerum „Eccleſiaſticarum fluit. Illud derivandum ex inſpe„ctione, quam intuitu reipublicæ exercet in Eccleſiam, „& ejus patrimonium, ſicut in alia quoque collegia, „quæque ad illa ſpectant. Si Principi vel reipublicæ „tribuis dominium in res Eccleſiaſticas, eidem quoque „omnium cæterorum Collegiorum patrimonium aſſi„gnas, quod ſine abſurditate fieri nequit. Neque enim „res univerſitatis & publicæ in eundem cadunt ſenſum, „neque jus circa Sacra reipublicæ dominium ſpeciale „in Sacra, & quæ ad eorum exercitium ſpectant, tri„buit. Neque enim hic quærimus de jure ſupremo „in bona Eccleſiaſtica, quod reipublicæ, & qui eam „tenet, Imperanti vindicandum, non tantum quoad „bona Eccleſiaſtica, verum etiam cæterorum Collegio„rum, imo etiam ſingulorum ; ſed de proprietate & „jure privato dominii, quod univerſitati denegari ne„quit, hactenus Böhmerus. Similia his habet M An-ton. de Dominis de Republ. Eccleſ. L. IX. C. VI § XI. ubi ſubtili ratione totam hanc materiam intimius exercuit.

Digitized by Google

Eccleſiarum neceſſaria miniſteria, parochias, & ſcholas, Eleemoſynas & hoſpitalia, quæ ab antiquo tempore ex dictis bonis, curare debebant, etiam deinceps ita providere atque præſtare teneri dicuntur, cujuscunque etiam ſint religionis art. VIII. als auch den ſtänden ꝛc. An ergo absque ullo modo ſtatibus Evangelicis diſpoſitio circa bona Eccleſiaſtica indulta eſt Pace religioſa? An ideo reformatione opus fuit, ut Eccleſiæ atque pauperes omnibus bonis ſpoliarentur, omnisque in poſterum rei Eccleſiaſticæ ſalus ex Principum gratia dependeret? An ideo Principes Proteſtantes coegit officii ſui ratio, reformare Eccleſiæ bona, ne diſſiparentur, neque â Clero ſolo uſurparentur, inque luxuriæ inſtrumenta converterentur, uti paſſim ipſi ſtatus loquuntur, quo jam ipſi ſoli iis frui, ea diſſipare, ſuisque commoditatibus applicare poſſint? Nolim ego optimorum Principum famam ita lædere; qui tamen in conventu Smalcaldico A. 1540. Nos quidem, inquiunt, parati ſumus, idonec *cavere* de legitimo uſu poſſeſſio-
„num illarum noſtris in finibus, modo idem fa-
„ciant adverſarii: videmus enim palam homines
„parum frugi, parumque temperantes & Reipub-
„licæ prorſus inutiles, imo graves in iſtis bonis
„helluari totos. vid. Sleidan. de ſtat. relig. L. XIII. p. 329.

§. 68.

Ex dictis ergo apparet 1. jus adminiſtrandi bona Eccleſiaſtica Collegiale eſſe, majeſtati ſive ſuperioritati territoriali neceſſario haud connexum; non niſi â membris Eccleſiæ, cui bona iſta pro- *An Patrimonialibus vel domanialibus bonis ea inſerere Princeps poſſit?*

pria

pria ſunt, exercendum P. I. §. 36. nec ab Epiſcopis nec Principibus ſecularibus Catholicis in bona Eccleſiaſtica Proteſtantium, nec â Proteſtantibus ſtatibus in bona Catholicorum hodie exercendum, cum jus diœceſanum cum omnibus ſpeciebus ſit ſublatum ratione Evangelicorum. II. Jus hoc collegiale adminiſtrandi, diſtinctum eſſe â ſuprema Principis poteſtate atque inſpectione; cum hæc ex jure circa ſacra majeſtatico; illud vero ex Collegii ſive ſocietis Eccleſiaſticæ conſenſu originem habeat, neque hæc diu in uno eodemque ſubjecto neceſſario cohærere debeant; licet jus adminiſtrandi ſupremæ Principis inſpectioni ſemper ſit ſubordinatum III. Principi jus haudquaquam eſſe bona Eccleſiaſtica, quæ unusquiſque cœtus Eccleſiaſticus tanquam propria poſſidet, vel domanio ſuo vel bonis patrimonialibus adjudicandi; omnium minime ea, in quibus ex annis decretoriis adhuc ſpeciale jus atque privilegium ſubditis contra Dominos fuit quæſitum, (28.) IV. Principem Evangelicum, ubi a ſacris Evangelicis ad Catholicorum ſacra tranſit; vel Catholicum, qui in terris Evangelicis ſuccedit, omnino jus adminiſtrandi bona Eccleſiaſtica vel amittere in primo vel plane non habere in ſecundo caſu, licet ſuprema inſpectio

(28.) Nolo hic controverſias allegare, quæ hodie adhuc in Germania agitantur; nolo gravamina recenſere, quæ ex ſiniſtris atque contrariis principiis fuere mota. Idem ſane mihi ille facere videtur, qui bona hæc domaniatibus inſeri poſſe defendit, quod faciunt illi, qui omnia Collegiorum bona in republica, vel omnes fiſcos ſpeciales civitatum atque communitatum fiſco Principis inferenda eſſe aſſerunt. Conf. interim Fabri Staats-Cantzley T. XXXIX. p. 1. ſqq.

Digitized by Google

ſpectio ipſi denegari nequeat, utpote quæ ſola ex ſuperioritate fluit, cum repugnet collegialia jura ab eo exerceri, qui collegii membrum non eſt: Dantur civitates, quæ jure fiſci gaudent, cujus adminiſtrationem Princeps ſane non gerit licet ſupremam habeat inſpectionem, licet rationes interdum exigere poſſit; cur non idem de ſocietatibus atque collegiis religionis cauſa ſociatis dici poſſet, ratione bonorum Eccleſiaſticorum. (29.) Quousque ergo jus reformandi etiam ratione

X bonorum

(29. Patet hinc, quam vere Auct. medit. ad J. P. art. V. „§. 25. p. 326. aſſerat. Poſſeſſio Statuum A. C. firma „eſt, & ſine ullius reclamatione, etiamſi alicubi con„tigerit mutatio quædam religionis, atque adeo „dicere ego auſim: etſi Princeps abjectis prioribus „Sacris ad Catholicam religionem tranſiverit, non „modo ſubditis integra omnia fore, quæ pro ſecuritate „conſcientiæ ſuæ, & religionis è Pace Weſtphalica „habent, verum etiam ne ipſum quidem Principem „illum, ſi ſponte illud noluerit, ad reſtitutionem bono„rum Eccleſiaſticorum teneri, quorum poſſeſſionem „ſemel ex hac lege nactus eſt, quia conſtitutum eſt, „ut quæ dicta die annoque poſſedit, ita ſemper poſſi„deat, donec de religionis controverſiis univerſali „compoſitione fuerit transactum. Ex quo etiam ſequi„tur, licet Princeps ille, in gratiam Cleri Catholici, „quibusdam bonis Eccleſiaſticis ceſſerit, ſucceſſorem „tamen ejus, ſive ejusdem ſit religionis, ſive diverſæ, „facto deceſſoris ſui ſtare non teneri, ſed revocare bona „ad uſus ſuos iterum poſſe, quia nemo à quoquam „poſthac in habita vel recuperata poſſeſſione ullo mo„do turbari debet. Sed ut verum fatear, ſupponit „Ill. quondam Autor, ſolis Principibus in bonis Eccleſiaſticis jus eſſe quæſitum, non ſubditis; dominium atq; proprietatem Principibus pace religioſa atq; Weſtphalica eſſe in perpetuum conceſſum, ita ut territoriali jam

bonorum Eccleſiaſticorum ſtatibus Imperii integrum ſit, facile attentis ad rem perſpicitur; Nec enim illimitatum illud foret, etiamſi nulla foret Pax religioſa atque Weſtphalica; minor etiam hac in re omnino Catholicis eſt poteſtas, quam Proteſtantibus, cum præter inſpectionem atque ſupremam in hæc bona poteſtatem, hi adminiſtrationis horum bonorum curam gerant, tanquam præcipua ſuæ religionis membra, idque vigore pacis religioſæ atque Weſtphalicæ, quæ poſterior omnis inter Catholicos Epiſcopos ſuit translata, quorum vero poteſtas apud Proteſtantes eſt ſublata. Jus reformandi vero territorio annexum, omnisque circa ſacra poteſtas majeſtatica non niſi ſupremam in hæc bona inſpectionem atque poteſtatem dominis territorii indulget

§. 69.

An nulli hodie effectus Juris reformandi ſuperſint?

Quid vero ſuprema hæc poteſtas atque inſpectio, territoriali poteſtati omnino annexa operetur, non opus eſt, ut ulterius excutiamus, cum abunde id factum fuerit P. I. §. 51. atque ex dictis facile etiam intelligi poſſit, modo res rite applicetur. Abſit vero ut jura ſtatibus Imperii quæſita, ut jus reformandi, quod juri territoriali anne-

inhæreat Domino, qualiscunque ille etiam futurus ſit. Id quod ſupra ſatis deſtruximus. Id potius veriſſimum eſt, Principem Evangelicum, ubi ad Sacra Romana tranſierit, non poſſe ulterius retinere bonorum adminiſtrationem Evangelicæ religioni, non Principibus ſolis Pace religioſa atque Weſtphalica acquiſitorum; & ſiquidem aliquid eorum in Catholicos alienatum fuerit, optimo id jure ſemper à ſucceſſoribus revocari poſſe.

annexum dicitur in J. P. W. enervare hactenus dictis velimus; Manet enim illud nihilominus ſalvum, licet ſuis limitibus circumſcriptum; Neque enim eſt, quod quis arbitretur, ita vix ullum hujus juris effectum fore in Imperio, poſitis his limitibus. Optandum enim eſſet, ut plurimorum jurium objecta ceſſarent; quis enim ægre ferret in republica bene ordinata, ſi juris vitæ & necis exercendi objecta deeſſent, ut nullus eſſet effectus ejus juris. Ego ſane haudquicquam doleo jus meum effectu carere, quod habeo pedem abſcindendi, ſiquidem gangræna inficiatur, ut caveam, ne etiam pars ſincera trahatur, totaque mea pereat machina. Ita cum juris reformandi objecta vitia atque abuſus ſint, ejusque publico exercitio atque connexis ſeſe immiſcentia, vitia atque abuſus haud adeſſe quis indignaretur! nec dici poteſt ea abuſibus eſſe accenſenda, quibus leges publicæ valorem addunt, ideoque reformanda, cum iniquum ſit poteſtatem ſtatuum Imperii omnium hic reſtringi. Nemo ſane ſtatuum, ut arbitror, crediderit iniquum eſſe Majeſtatem Cæſaream tantopere eſſe limitatam, licet alias in ſe Majeſtas his limitibus careat, licet forſitan inde multis abuſibus tolerantiæ favor accedat, licet multa bona ad Germaniam interdum redundare poſſent, ſiquidem plus poteſtatis interdum Imperatori foret conceſſum. Jam ſi ponamus jus reformandi excellentiores omnino habiturum eſſe effectus, niſi legibus publicis jam eſſet reſtrictum, quod tamen haud facile admiſerim, id tamen non magis quisquam ægre ferre debet, quam quidem Auguſtiſſimus Imperator jura Majeſtatica in ſua perſo-

na tantopere eſſe limitata. Unum enim alterumque publica Imperii ſalus, tranquillitas, omniumque ſtatuum atque ſubditorum ſecuritas efflagitat. Nec tamen cum B. Dno Linckero auſim dicere, vix dari caſum, ut jus reformandi actu exerceri poſſit. Conſil. 58. n. 13. quamvis exercitium hujus juris ab ipſo jure probe diſtinguendum ſit. Facillimum enim foret latiſſimum pandere campum tam proteſtantibus, inter ſe, quam Pontificiis inter ſuæ religionis ſocios, jus reformandi exercendi, ſiquidem inſtituti, ſiquidem etiam prudentiæ paterentur rationes: Nec ipſi ſtatus Proteſtantes omnes negant juris reformandi effectus inter diverſæ religionis ſocios poſt annos decretorios ratione eorum, quorum religionis exercitium noviter fuit introductum. ideoque ſimultaneum rejiciunt, cum alias peſſime ejusmodi ſubditis foret proſpectum, quos ſucceſſoribus alienæ ab ipſis religionis ſemper reformare integrum eſt, licet modo fieri debet Pace Weſtphalica atque ratione præſcripto vid. allerunterth. Vorſtellung Corporis Evang. ad Cæſ. Maj. de A. 1720 in Fabri Staats-Cantzley T. XXXVII, p. 679.

CAP. IV.

De JURE REFORMANDI, *quod Auguſtiſſimo Imperatori atque S. R. Imperio competit.*

§. 70.

TAceo alios effectus Juris Reformandi ſat luculentos p. I, atque hoc ipſo ſatis expoſitos; id

id ſaltim paucis adhuc attingere liceat, quodnam jus reformandi Auguſt. Imperatori atque Imperio Romano-Germanico competat. Cum enim jus reformandi ſit ſequela juris territorialis, erit etiam ſequela Majeſtatis; Nec tamen idem dici poterit de Imperatore, quod poteſt dici de Imperio; Imperii enim Majeſtas abſoluta atque illimitata eſt, niſi quantum ex legibus divinis menſuram atque limites capit; Imperatoris vero Majeſtas, pactis admodum eſt reſtricta, ſtatibus in communionem majeſtatis adſcitis. Verum cum ſummorum Imperantium majeſtas ordinarie non niſi legibus naturæ divinis ſit reſtricta, omnes cæteri limites, ſi quos habeat, erunt facti, hinc probandi; Si probari ejusmodi limites nequeunt, neque ex legibus atque pactis fundamentalibus, neque ex praxi atque obſervantia, ordinaria præſumitur eſſe, eosque habere effectus, qui legibus divinis haud repugnant. Cave tamen exiſtimes, Imperio abſolutum competere jus reformandi; Siquidem enim hoc foret, pluralitate votorum ad minimum hic aliquid effici poſſet, ſed vim Imperii â cauſis religionis abeſſe voluerunt ſummi Paciſcentes, ut non niſi amicabilis compoſitio controverſias religionem concernentes dirimat, J. P. art. V. §. 52. evidenti exemplo, quod jus reformandi non niſi cum conſenſu ſtatuum omnium exercendum veniat. Non tamen prorſus nullum eſſe jus reformandi Auguſtiſſimi Cæſaris, vel ſola ipſius Advocatia Eccleſiæ ſuprema evidenter demonſtrat, tam generalis, qua jus Imperatori tribuitur tuendi & regendi Eccleſiam, ne occaſione cultus divini â vi externa, vel turbis internis ſaluti Imperii publicæ

An Imperatori atque Imperio jus reformandi competat?

quicquam mali aut periculi naſcatur; & qua olim Imperatores jus acquiſivere, non ſolum per Germaniam, ſed etiam Italiam Epiſcopos imo Pontifices Romanos conſtituendi, fatentibus ipſis Pontificiis C. 22. & 23. Diſſ. 63. quodque quiete poſſederant usque ad Hildebrandi ſive Gregorii VII. tempora, donec tandem Henricus V. jus illud ſubinde Calixto II. cedere fuerit coactus; quam ſpecialis, quam jam olim Pipinus atque Carolus M. aſſumto Patritii atque Advocati titulo, ſedi Romanæ, Pontifici & Eccleſiæ Catholicæ, juramento quoque hanc in rem præſtito, ſpeciali modo promiſerunt, & quam hodieque Imperatores tam in coronationis ſuæ ſolemnibus, quam in capitulationibus promittunt, ad quam tamen Evangelici Electores atque Status Cæſarem haud quaquam volunt eſſe obſtrictum, ſed æqualem ſibi præſtari protectionem deſiderant, ad quod Cæſarea Majeſtat ſe quoque obſtringit (30.)

§. 71.

Quousque ſeſe hoc jus extendat?

Quamvis vero ſola Advocatia alias nullam fundet jurisdictionem; illud dici tamen nequit de Cæſare, utpote ſimul ſummo Imperii judice, cujus Advocatia cum Imperii Majeſtate eſt conjuncta. Quemadmodum enim quivis Princeps in ſuo territo-

(30.) Capit. Caroli VI. §. Zum ꝛc. geſtalten dann auch gedachte Advocatio dem Religion- und Profan- auch dem Münſter- und Oßnabrückiſchen Fridens-Schluß zu Nachtheil nicht angezogen/ noch gebrauchet/ ſondern denen obgedachten Churfürſten und ſämbtlichen ihren Religions-Verwandten im Reich gleicher Schutz geleiſtet werden ſolle.

ritorio jus Advocatiæ gerit, vi cujus non ſolum religionem protegit, ſed quosvis abuſus atque gravamina contra leges publicas exorta, tollit, ſtatuique priſtino, legibus atque pactis convenienti, reſtituit; ita Auguſtiſſimi Imperatoris eſt tanquam Advocati ſupremi, cavere, ne quid contra Leges publicas, contra pacta in Imperio in religione immutetur; ne cui conſcientiæ atque religionis libertas auferatur, utque ſtatus religionis, qui fuerat A. 1618. & 1624. integer conſervetur, omniaque contraria atque innovata tollantur, qui ſane effectus ſunt luculenti Juris reformandi. Ita cum non niſi tres in Imperio religiones tolerentur vi att. VII. §. 2. poterit ſane prohibere Imperator, ne infideles, ne nulli ex his tribus addicti homines tolerentur (31.) ſi ſchiſmata oriantur,

 ſi tu-

(31.) An vero aliarum ſectarum hominibus, nec domeſtica ſaltim devotio concedenda ſit; an neceſſario à Statibus Imperii expellendi ſint ſuis territoriis, ſiquidem innotuerint? fateor ſatis delicatas eſſe quaſtiones, ex Catholicorum mente quidem affirmandas; quod tamen Evangelicorum principia vix admittunt. Id certum eſt publicum exercitium his hominibus concedi ſalva Pace Weſtph. non poſſe; privatim vero ſi tolerentur, ſi ſuæ devotioni relinquantur, ſi conſcientiæ libertas ipſis ſalva maneat, vix auſim dicere aut defendere Inſtrumento pacis id contrarium eſſe, cum Proteſtantes ſemper defenderint ſalvam debere eſſe unicuique ſuam religionem, obque eam neminem perſequendum, Id certum eſt, Principes atque Status haud prohiberi, quo minus hos homines expellere poſſint, quibus favor atque jus Inſtr. Pacis haud ſunt quæſita; ſed quod neceſſario expellere eos debeant, ſi ſubditi fideles alias fuerint, ſi quiete vivant, ſtatum non turbent, maxime ſi contrarium ſuo id officio exiſtima-

Digitized by Google

ſi tumultus in Imperio ex religione excitentur,

verint pernegat, cum Dno Böhmero Auct. Medit. ad Inſtr. Pacis art. VII. §. 2. p. 866. atque oſtendit, haud paucos Menniſtas, Anabaptiſtas, Socinianos alioſque paſſim in terris Proteſtantium ſuæ privatæ devotioni relinqui atque tolerari. Quid ſi autem Status aliquis Imperii de omnibus tribus religionibus quædam participet dogmata, ita ut in quibusdam Catholicorum, in aliis vero Lutherano-Reformatorum foveat. An hic Inſtrumenti pacis gaudebit beneficio? Ego omnino non dubito; cum enim hæ tres religiones in Imperio ſint approbatæ, nihil in iis continetur, quod tolerari non poſſit; per conſequens ſingula capita atque dogmata talia judicantur, quæ à quovis impune in Imperio admitti poſſunt; Ergo cum à tota religione Catholica ad Evangelicam, atque ab hac ad illam tranſire liceat, multo magis licebit in quibusdam pro parte diſcedere, atque de utraque participare. Neque obſtat, quod jam olim aliter ſenſerit Rudolphus II. Imperator, qui cum A. 1566. die 14. Maji in Comitiis Auguſtanis ex Statibus A. C. quæſiviſſet: Num Electorem Palatinum Fridericum III. qui Catechiſmum à Lutheri paululum diverſum promulgaverat, pro Statu A. C. agnoſcerent? atque hoc tuliſſet reſponſum: Ipſorum intentionem non eſſe eum beneficio Pacis Relig. privare, licet ab ipſis pauliſper diſſentientem, neque ipſis convenire, ut aliis arbitrium relinquant, quisnam pro religionis ſuæ ſocio ſit habendus; indigne tulit hoc reſponſum, & inter alia regeſſit: daß es zu GOtt und der Welt zu verantworten ſtehe/ daß alſo indiſtincte, ohne einigen Unterſcheid allen denjenigen / ſo in etlichen Articuln mit der Augſpurgiſchen Confeſſion, oder auch in pari caſu mit der alten Religion übereinſtimmeten / aber andern Articuln/ zuvorab den nicht geringſten/ als den Art. des wahren Leibs und Bluts unſers HErrn JEſu Chriſti betreffend/ mit obgemeldter Augſpurgiſchen Confeſſion, oder der alten Religion ſtreitig / auch

citentur, poterit ſane illis mederi modis, legibus publicis, atque rationi convenientibus; ſi contra Pacem Religioſam atque Weſtphalicam â ſtatibus Imperii hinc inde nonnulla fuerint innovata, jure ſuo reformandi uti poteſt ſummus Imperii Judex, ut omnia in priſtinum ſtatum reſtituantur, atque gravaminibus exortis medela adhibeatur. Licet vero Imperator in cauſis religionis non niſi concurrentibus Statibus, nec per vim Imperii, ſed per amicam compoſitionem aliquid decernere valeat art. V. I. P. §. 9. & §. 52. id tamen intelligi debet de cauſis dubiis, non deciſis, Pacem religioſam atque Weſtphalicam, nec non ipſam religionem concernentibus, art. V. §. 50. non vero de factis Paci Weſtphalicæ e diametro contrariis, ubi ſine ulla exceptione turbatis quocunque modo, reali exſecutione ſuccurri præcipit ſanctio Pragmatica P. W. art. V. §. 32. (32)

den fremdden Nationen Raum gegeben werden ſolt/ ihre Secten und Opinionen in dieſer löblichen Nation zu foviren = = = Solten nun ſolche Secten alle unter dem Schein/ der wenigen oder mehrern Theil Gemeinſchafft mit einer oder der andern Religion oder Confeſſion alſo paſſirt und geduldet werden/ ſo wiſſen Ihro Majeſtät nicht zu gedencken/ wie das H. R. Reich bleiben könte. vid. Lehmanni Acta de P. R. L. III. p. 27. ſqq & Cortrei obſerv. ad Pacem Relig. p. 79. Sed nuspiam hæc â Statibus approbata fuere, neque unquam in Legem Imperii evaluere Conf. Obſ. XV. Ferdinandi de Buckiſch ad art. VII. J. p. ubi pariter contrariam defendit ſententiam p. 612.

(32.) Referunt eo Status Proteſtantes in Memor. Cæſar. Majeſtatis Commiſſioni exhibita die 12. Octobr. A. 1719. 1. daß die Evangeliſche Unterthanen alle ihre Kir=

§. 72.

Quid Imperium reformare poſſit, ratione Jurium papalium?

Eſt etiam non minima ſpecies Juris reformandi Cæſarei, quam ipſi Catholici ſtatus Imperii

chen und Schulen/ Prediger/ Kirchen- und Schul-Bedienten/ geiſtliche Einkünfften/ und freyes ungekräncktes exercitium ihrer Religion behalten/ oder wieder erlangen müßten/ welches Sie krafft des Weſtphäliſchen Fridens-Schluſſes vor der Franzöſiſchen Occupation gehabt oder haben ſollen. 2. daß die Stände oder andere immediate Obrigkeit des Reichs/ und dem anklebendes Jus Sacrorum auch reſpectu ihrer Catholiſchen Unterthanen/ nach Maßgebung beſagten Fridens-Schluß/ ungekräncket behalten/ oder doch wieder bekommen müßten. 3. daß das jus diœceſanum & tota jurisdictio Eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus wider die A. C. Verwandte ſuſpendiert ſeye/ und intra terminos cujusque territorii verbleiben müßte/ nicht aber in fremdde Territoria erſtrecket werden könne. 4. daß es alſo eine nicht allein wider die von denen Catholiſchen denen Evangeliſchen gethane Verſprechung ſeye/ wann man jetzo vorgeben will/ daß das Jus Ordinatus, oder andere geiſtliche jurisdiction der Catholiſchen gegen die Evangeliſche durch den Ryſwickiſchen Friden reviviſciret ſeye &c. 5. daß das Simultaneum aus der Ryſwickiſchen Clauſul (wann Sie auch/ wie nicht/ ſolchen Verſtand haben könte) von denen Catholiſchen Ständen/ als welche obangeführter Maſſen aus dieſer Clauſul wider die Evangeliſche kein Recht haben/ nirgends angeführt werden können. Sondern das 6. vielmehr aus ſolcher Clauſul das Gegentheil klärlich erſcheine/ und daß der von dem Jute territoriali hergenommene Prætext ein pur lauterer Mißbrauch und Verdrehung des Weſtphäliſchen Fridens-Schluß/ durch die würckliche execution, ſecundum nudum factum poſſeſſionis Anni reſpective 1618. & 1624. alles dagegen inno-

Digitized by Google

rii agnoſcunt, cujus vi Pontificis auſus contra concordata Nationis Germanicæ reprimere, aliosque juris ejus circa ſacra uſurpati abuſus tollere poteſt, imo debet, cum fidem ad id faciendum juramento adſtrinxerit, exigentibus Electoribus in Capit. Caroli VI. §. 14. ubi longa ſerie ejusmodi abuſus recenſentur. R. I. de A. 1654. §. 164. als ſich dann ꝛc. Imo cum toties his ipſis Concordatis Pontifices Romani contraveniant, jam in ipſis tractatibus Pacis Weſtphalicæ, & ſpecialiter A. 1703. monuere ſtatus Evangelici in literis ſupplicibus ad Cæſaream Majeſtatem datis, ut Concordata tollerentur, vid. Lunigii Reichs-Arch. P. gen. p. 56. ſq. Quid quæſo obſtat, quo minus Annatæ Pontifici hactenus ſolvendæ aboleri poſſint, Concilii olim Baſileenſis iterata ſeſſione XII. atque XXI. condemnatæ, quas toties ſtatus Imperii à Maximiliani I. tempore tolli deſiderarunt, gravaminibus contra ſedem Romanam oblatis: Neque id ſaltim factum fuit â ſtatibus Proteſtantibus, ſed jam ante Reformationem, communibus votis imo & poſt reformationem ab ipſis Pontificiis, e quibus vel unicum Georgii Saxoniæ Ducis acerrimi alias Lutheri hoſtis allegaſſe ſuffecerit, cujus inter gravamina A. 1521. in comitiis Wormatienſibus oblata primo loco occurrit: *Queritur Annatas, quæ olim conſenſu Imperatorum ad emolumentum rei Chriſtianæ introductæ fuerint, nunc ut debitas, cum ditionum Eccleſiaſticarum ruina, à Pontifice exigi, dein per luxum profundi.* vid. Seckendorf.

virte ſchleunigſt-ab- und in den vorigen Stand geſtellet werde. vid. Kayſerl. Commiſſions-Decret de A. 1720. Beylagen N. 1.

dorf. Hiſt. Luth. L. 1. §. 88. addit Ill. p. 146. ſeq. Quis enim ægre ferret auderi id â Germaniæ Imperio, quod auſa olim jam fuit Polonia, cum in ſolennibus comitiis iterum iterumque decreverit, annatas fiſco Reipublicæ inferendas eſſe. (33) Quis vitio verteret Imperio, ſi pati in poſterum nollet, ſe emungi ſuis opibus per annatarum præſtationem & palliorum redemtionem, quæ cum gratis olim fuerint obtenta, tanto jam ære rediműtur, ut non ſine cauſa Jacobus Archi Epiſcopus olim Moguntinus jam fere moriens dixerit: *ſe de morte ſua non adeo dolere, quam ob id, quod ſubditi ſui pauperes iterum pro pallio gravem exactionem dare cogerentur*; quemadmodum obſerva.

(33.) Talia decreta plurima refert Ill. Dnus de Ludvvig in Diſſert. de Iure Annatarum C. III. §. 2. p. 79. ex Sczerbitzio, cujus promtuarium Statutorum Poloniæ Mſctum ſe poſſidere dicit; huc enim pertinent decreta Cracovienſe 1553. Petricovienſe 1567. Lublimenſe 1569. & ſub Rege Stephano 1566. ſumma omnium erat hæc: Annatæ ne dentur amplius Romam, ſed in defenſionem Reipublicæ convertantur: regni atque in theſaurum inferantur, ſub pœna duplicis Annatæ. Ita notabilius eſt illud, quod in Statutis Poloniæ à Regni Senatore Joh. Herburto à Fulſtein promulgatis extat his verbis: Poloniæ Rex Sigismundus A. 1543. de Annatis decrevit: ſatisfaciendo poſtulationibus dominorum conſiliariorum noſtrorum Secularium & Nuntiorum Terreſtrium, mittemus ad Papam petitum Annatas. Neque eas de regno efferri permittemus: ſed ut remaneant pro defenſione Reipublicæ in regno. Quod ſi Annatis nuntium mittere recuſet Papa, jam ex tunc renuntiare illi debemus, easdem nos neque daturos eſſe, neque efferri easdem ulla ratione permiſſuros.

Digitized by Google

ſervamus in remedio contra Gravamina Nationis Germanicæ apud Goldaſtum T. II. Conſt. Imp. p. 120. ubi etiam ordines Imperii rogant Cæſarem, ut Pontifici proponat, quod grave, imo intolerabile ſit Nationi Germanicæ, à modo tantas expenſas & moleſtias pati, tantas pro confirmatione Archi-Epiſcoporum & Epiſcoporum inferre annatas. Cum enim ſupra oſtenderimus Papam omnino ratione jurium Eccleſiaſticorum, quæ in Germaniam exercet, quo minus Jus reformandi Imperii, cui refert ea accepta, & cui integrum eſt ea revocare, quoties ſumma Reipublicæ ſalus atque neceſſitas id efflagitat, maxime ſi Pontifex illis abutatur, nihil ſane impedit, quo minus Jus reformandi Imperatori cum Imperio competens luculentiſſimos poſſit habere effectus in Aulam Romanam. (*) præcipue ſi hæc jura tanquam independentia præ-

(*) Non male hinc olim Joh. Wolfg. Textor tit. II. Juris publ. Cæſar. n. 164. ſqq. p. 355. multis probare conatus eſt, in Imperio Germanico facultatem Cæſari eſſe, qua caſu reipublicæ id exigente, annatas præripere queat Pontifici Romano, inque fiſcum redigere. Neque neceſſarium eſt, inquit, rogare Pontificem, ut cedat annatis ad tempus, niſi reverentiæ cauſa id facere velit Imperator. Id enim certum eſt, permittere interdum Pontificem, ut eas percipiat Imperator: Cum Evangelici in tractatibus Pacis Weſtphalicæ urgerent; ut Jura Papalia abolerentur in Germania, Catholicos in weitern Compoſitions-Vorſchlägen id reſpondiſſe animadvertimus: Was die menſes Papales und ſonſten andere Collationes, ſo dem Römiſchen Stuhl vigore Concordatorum Germaniæ zuſtehen thun/ anbelanget/ wie noch A. 1624. in uſu geweſen/ ſollen die noch künfftig demſelben vorbehalten bleiben. Was aber die Annaten/ jura pallii & confirmationum betrifft/ weil die Catholiſche Ertz- und Stiffter dergleichen Jura ſo ſonſten dem Römiſchen Stuhl gebühr-

Digitized by Google

prætendat, ſubq; jugum mittere Germaniam ſuſtineat; quod ſane fit, dum modo plane ab Imperio independenti talia â ſe exerceri jura poſſe deſiderat, temereque Majeſtatem Imperii imminuere, dilacerare, imo jugulare intendit. Vix enim hodie fulminibus Vaticanis homines terrentur, & nequidem Pontificiis defæcatioris judicii amplius ſibi perſuaderi patiuntur, *nunquam regni cœleſtis introire januam potuiſſe, qui Romanorum Pontificum autoritatem contumaciter contempſere.* quemadmodum his verbis olim reſpondere auſus fuit Æneas Sylvius Cardinalis, poſtea Pontifex ſub nomine Pii II. ad literas Megeri Cancellarii Moguntini gravamina Nationis Germanicæ exponentes. vid. Mülleri Reichs-tags Theatrum unter Friderico III. vorgeſtell. III. C. IIX. p. 603. conf. ſupra §. 18. lit. m.

§. 71.

Quinam abuſus reſtent dudum Gravaminibus ſtatuum Imperii reformandi.

Plurima ſane adhuc ſupreſſent dicenda de juribus papalibus Pontifici reſervatis, Galliarum exuviarum devolutionis &c. ſed conſulto illis abſtinemus, ne moribus, ne pactis, ne legibus offeciſſe videamur, quæ ſane â noſtra intentione longiſſime abſunt, neque limites inſtituti noſtri tranſcendamus. Quis enim negaverit, plurima adhuc eſſe objecta, quæ effectibus Juris Reformandi exerendis ſatis copioſam ſuppeditare poſſent materiam

ten/ der Römiſchen Kayſerl. Maj. unter der alten bey ſelbigen Ertz-und Stifften hergebrachten Taxa zu jedesmahl begebenden fällen und veränderungen abgeſtattet/ und damit Jhro Kayſerl. Majeſtät auf erlangten Päpſtlichen *Conſens* nach Belieben zu diſponiren vorbehalten ſeyn: So ſolle auch das Jus primariarum precum &c. vid. Cortrei obſerv. ad P. Relig. p. 357.

materiam, quamvis an unquam tales effectus in actum deduci poſſint, ob præſentes ſeculi mores atque circumſtantias meum non ſit diſquirere; ſi quis enim Catalogum ejusmodi abuſum reformandorum ſcire aveat, illi non niſi gravamina Nationis Germanicæ diverſis temporibus mota inſpicienda erunt; interque ea vel maxime Ferdinandi I. Imperatoris articuli de reformatione Eccleſiæ per oratores in conſilio Tridentimo propoſiti A. 1562. apud Goldaſt. Imp. T. II. p. 375. eaque, quæ in Comitiis Norenbergenſibus â ſtatibus fuere expoſita A. 1522. Nuncio Apoſtolico corruptiones Eccleſiæ multiplices â capite usque ad calcem ingenue fatente apud Hortled. de C. B. G. L. I. c. p. 3. §. p. 9. ſqq. E quibus ſpeciminis loco unum alterumque tetigiſſe eo minus vitio verti poterit, cum publica autoritate dudum inter objecta Juris reformandi fuerint relata. Ita voluit olim Glor. Imperator Ferdinandus I. ut provideatur, ne fiant diſpenſationes ſcandaloſæ; ut tollantur tam innumera matrimoniorum excogitata obſtacula, ex affinitatis, publicæ honeſtatis cognatione &c: uſus ciborum interdictum, onera papalium indulgentiarum. (34.) Petiit etiam Fer-

(34.) Maximum quæſtum Pontificem ex his diſpenſationibus haurire ſatis inde apparet, quod Soderinus Adriano VI. reformationem, quam animo agitabat, diſſuaſurus, nullam ajebat, reformationem poſſe inſtitui, quæ obventiones (reditus) Eccleſiaſticas non inſigniter diminutum eat. Quarum cum IV, ſint fontes, unus temporalis, ſtatus Eccleſiaſtici reditus ordinarii, atque ſpirituales, indulgentia, diſpenſationes & beneficiorum collationes, nullum horum poſſe obturari & occludi, quin derepente de cenſu Eccleſiaſtico quarta pars decedat, vid. P. Sarpii Hiſt. Concil.

Digitized by Google

Ferdinandus I. ut revocarentur omnes exemtiones contra jura communia paſſim conceſſa, monaſteriaque omnia ſub Epiſcopi poteſtatem redigerentur; ut inhibeatur beneficiorum pluritas uni conferenda. (35.) Excommunicatione non utendum, niſi in caſu peccati mortalis, & notoriæ irregularitatis; Conjugium clericorum aliquibus nationibus concedendum &c. quæ omnia ſi ex dignitate materiæ intimius evolvere conſtitutum eſſet; alias temporis aliasque inſtituti rationes expoſcerent. Sed claudendi ſunt rivi, ſat enim jam prata bibere, aliique occaſioni cætera reſervanda, cum, ſiquidem DEUS vires atque otium conceſſerit, hiſtoriam Juris Reformandi aliquando latius perſequi conſtitutum mihi ſit, ubi B. L. coeptis favere intellexero

FINIS.

Trid p. 39. Meretur hic inſpici Taxa Sacræ Pœnitentiariæ apud Hortled de C. B. G. L. I. c. 4?. p. 763.

(35.) Alia tamen Cæſareis fuere principia in tractatibus Pacis Weſtphalicæ, cum enim Proteſtantes inſtanter urgerent, interque eos Lampadius Legatus Brunſuicenſis inſtaret: Es diene weder den Catholiſchen/ noch Evangeliſchen/ daß einer allein ſo viel beneficia habe. Reſpondit Comes Trautmansdorf Legatus Cæſar: Man laſſe Sie die Catholiſchen es doch mit ihren Stifften machen/ wie Sie wollen. Regeſſit Lampadius: Man müſſe aber auf die Stiffung ſehen/ da werde ſich nirgend finden/ daß ſo viele beneficia auf eine Perſon gewidmet. Addit Salvius Legatus Suec. Es lauffe auch wider die geiſtliche Rechte. Reſp. Hr. Graff Trautmansdorf: Sie als Weltliche könnten nichts davon reden/ dependire ſimpliciter ab Eccleſia &c. vid. Cortrei Obſ. ad Pac. Rel. p. 403.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google